

P V I S

1617



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

E



161354  
M. THOMÆ SAGITTARII  
PROFESSORIS PUBLICI  
**HORATIUS**  
**CHRISTIANUS**

SIVE  
PARODIÆ SACRÆ  
AD HORATII DUCTUM  
NOVITER ACCOM-  
MODATÆ.


Cum gratia & privilegio  
plusquam Cæsareo.

JENÆ  
Sumptib JOHANNIS BIRCKNERI,  
Biblio. Erfurtenis.

Typis  
JOHANNIS WEIDNERI.

ANNO 1615

M. DC. XV.



Summa Privilegii. Æ  
NON FUR TUM  
FACIES.

ad mandatum JE-  
HOVÆ subs.  
Moyses.

ii.  
M

D E O  
ÆTERNO, OMNIPO-  
tent, infinito, veraci &  
misericordi.

DEO PATRI omnium re-  
rum Creatori & Conservatori  
ter Optimo ter Ma-  
ximo.

E-  
bs.  
5.

DEO FILIO totius hu-  
mani generis Redemptori felicissi-  
mo, & Diaboli, Inferni, Mortis-  
que destructori invictis-  
fimo.

) ( 2 DEO

DEO SPIRITU SANCTO,  
cordium humanorum San-  
ctificatori totiusque Ecclesiae propu-  
gnatori & defensori augu-  
stissimo.

PATRI & FRA-  
TRI MEO

Clementissimo & Gratiissimo  
devotissima & subjectissima  
obsequia & servitia  
ex debito  
offerо devoveoque.

Lauda



O, Laudabunt alii ditissima mu-  
nera Regum,  
stellantesq; domos, & amicos  
sapè favores,  
gazasq; innumerar, & splen-  
dida stemmat agentis:  
No te, sancte PATER  
laudabimus ore  
TE laudabi-  
mus ore.  
Noste, nos, FLAMEN,  
laudabimus ore.

) ( 3      Et



Et cur non? Huius analabantis  
celeriqz rotata  
dispereunt Zephyro facilqz, ca-  
duntqz, ruuntqz,  
impulsi cerebri. Nescit con-  
stantiam mundum.

Certius at divina trium

l*u*ffulta JEHO- O  
VÆ,

referunt mercedis ho-  
norem.

Tu

Tu nos, sancte, creasti.

Tu nos, sancte, vocasti,

Tu nos, sancte, beasti.

O JESU, tibi sunt integrā  
dogmata.

O JESU, tibi sunt fortia Nu-  
mina.

O JESTI. tibi sunt mitia A-  
mina.

Nos infideles fædera rupimus  
Nos insolentes pabula risimus.  
Nos infrequentes templas subi-  
vimus.

) ( 4 Sed



Sed tu, sancte, modū constituē,  
dūctus amoribus,  
irasq; innumerās mox reprī-  
mes,  
sanguineas memor  
quod pro fædis fragis fuderis  
olim  
in cruce guttulas  
Dæmona tartareis subde-  
parare, juvare.  
Infern. iratā dirue regna ma-  
nu:  
Mortis & invicto deprime  
collapede.

Sit au



Sit pax in omni seculo.

Sit laus & unà gloria  
sit magna vi potentia.

Non obseratis auribus fundo  
preces.

Sed magnus Heros astat &  
plenissimo  
qua cogitata mox juvat suf-  
fragio.

Ergò

Audias vatem cecinisse car-  
men,

audias vatem retulisse grates,  
audias vatem petuisse flamen.

( 5      Sancte

Sancte IEHOVA.

Sancte IEHOVA.

Sancte IEHOVA.

Sic Ecclesia personat

Et sanctus chorus agminis

Collecti ante tuum thronum.

Paucula nos canemus

Paucula nos feremus

Paucula nam tenemus.

Plura vos caeli socii, Numinis.

atq; pleni

Plura vos JOVÆ faciem cœu-

cernitis atq; CHRISTI

Angeli

Angeli scitis, facili carmine  
post canetis.

Interim

Has O das facie suscipe patriā,  
mentemq; intimius, cœp potes,  
inspice

E vires agili suffice Spiritu  
Sancte IEHOVA.

Sancte IEHOVA.

Sancte IEHOVA.

Tu si plura dabis, plura feres  
DEUS.

O sed plura tuo suffice subdito  
vitāq; innocuo dirige tramite

(6 Sancte



*Sancte IEHOVA.*  
*Sancte IEHOVA.*  
*Sancte IEHOVA.*

T. Majest. subje-  
ctissimus & hu-  
milius  
cliens

Sagittarius.

De



I.

De Poëtis Christianis ad CL. V. M. Th. Sagittarium, &c. nostri ævi Poëtam Christianum insignem, Horatium, à viis gentium, ad Christum convertentem, distichon,

FRIDERICI HORT-  
LEDERI.

Et DEUS in vobis. Convertitis, hoc operante,  
Gentiles vestros, nescia corda DEI.

167

Scili-



**S**Cilicet Ægypti quondam  
non sacra supellex  
vasa dedit sacris relligiosa  
focis.

Quid mirum, Calaber, si te  
quasi præstite vates  
Sacra queat sacro non sa-  
cer ore loqui?

Ille tibi præbet numeros, &  
verba : sed abs te  
Ignoti recipit mystica sa-  
cra Dei.

Felix

Felix qui potis est superis sa-  
crare prophani  
Carminibus vates quæ ce-  
cinere suis.

Wolfg. Heider  
M.



In

III.

IN  
HORATIUM  
CHRISTIANUM  
THOMÆ SAGITTARI<sup>F</sup>  
Poëta PHILOLOGI & PHI-  
LOSOPHI<sup>C</sup>

<sup>MI</sup>  
CL. EXCELL.<sup>MI</sup>

PROFESSORIS PUBL.

---

M. THOMAS SAGITTARIUS PROFESSOR  
PUBLICUS.

αναγεγραπται ζόη με  
OS SIC ABSTRUSUM PASSIM PRÔFUL-  
GET HORATI!

OS



**O**S & Epos vulgò censem  
GENTILIS HORATI  
obscurum, posse quod nec  
ubiqs capi.

Forsan & hoc verum, si mens  
infirmior adsit,  
Splendoris nequeat qua sa-  
tis esse capax.

Cui non priuoria series notissi-  
ma, cui nec  
tempora, quaeis vates vixit  
& acta prius.

Cui



Cui nebula non sint discussa  
Heliconis ab omni  
parte satis, Phœbo qua su-  
perante cadunt.

Quicquid id est, nunc est  
CHRISTIANUS HORATIUS.

atqui  
arte SAGITTARII splendidio-  
Ille igitur loquitur verso ser-  
mons priori,  
qua sunt Christiano digna  
viro atq; fide.

Tempo-



Temporibus qua sunt nostris  
Et moribus apta,  
notitiamq; sui non facile ef-  
fugiunt.

Os sic abstrusum passim pro-  
fulget HORATI,  
Os Et Epos, dico, magne  
Poëta, tuum!

M. Georg Andr. Fa-  
bricius Pædagogi-  
archa Götting.

Non



IV.

**N**on ignota cano, nec va-  
num obtrudere palpum.  
*Me quisquam singat, res  
ubinota patet.*

*Clare SAGITTARI, Christjanus  
Horatius audis,  
Imò Poëtarum dicier alpha'  
Christjanas submite typis,  
odasq; Profanas;  
Accedet meritis gloria du-  
platis.*

*Gloria*



Gloria Pieris non tantum jis-  
giter antris,

Sed quoq; Sioniis concele-  
brandajugis.

Hinc quod ritem ihi, Te judi-  
ce, sacra Poëtis  
Laurea Maonio cinxit ago-  
ne caput,

Judicio tanto nitor pollente:  
sed audi

Quid mens ē Lauru liber  
Apollo canat:

Summa



Summa viro laus est audire  
Poëta: tueri  
Summa Poëtarum nomi-  
na, summus honor.

Johannes Rüdingerus  
P. L. Calensis schola  
Rector.



O quem

**O** quem te memorem famæ pars  
maxima nostræ

Clare Sagittari? namque haud mor-  
talia facta

Sunto tua: o certè Divorum sangu-  
nis unus!

O certè tibi plectra lyræ dedit inclu-  
tus Orpheus!

Ah quid dico lyræ, virgam donavit  
Ulysses.

Dum Phlegetonteis revocas Horati-  
um ab umbris

Umbris Cocytii, revocatum in lumi-  
nis auras

Producis, sacri productum fluminis  
unda.

Abluis, ablutum Christi virtutibus  
oīnas,

Ergo

Ergo lector hanc grates persolve fa-  
vendo,  
Mome cave, lingvam compescere in-  
hibendo labellum  
Laudes vel damnes damnum utrobi-  
que paratur.

*Observantie E.*

A

Jacobo Rittern

L. Th.



HORA-

fa-  
n-  
oi-  
rn

HORATII CHRISTIANI  
LIBER PRIMUS.

Ad MESSIA M totius mundi salva-  
torem & servatorem;

ODA I.

MESSIA proavis edite regibus,  
o & presidum & dulce decus meum,  
sunt quos magnis repis Pontificum strobis  
arrisisse juvat. linguaq; splendidis  
circumcincta dolis fictaq; sanctitas  
terrarum dominos evehit ad Deos.  
Hunc si mobilium rasa patrum cohors  
certat tergeminis tollere honoribus.  
Illum si proprio condidit horreo  
quicquid debuerant carpere Principes,  
gaudentem socios fallere credulos  
promissis Fidei conditionibus  
nunquam dimores, ut prece debitâ  
soltus meritis fidat JESULI

A

Iudan-



M. THOMÆ SAGITTARII

luctantem misere Christiadum crucem:  
terris permetuens oculum, & ordinis  
laudat jura sui, extendit & in gyna-  
turdis, indocilis pauperiem pati.  
Est & qui veteris munera Flaminis  
& succos solitus promere Biblio  
spernit, sed cerebri somnia propriis  
torquens hinc juvenes inficit insciis.  
Multos bella juvant & properis minis  
permixtus fremitus, pugnaq; patribus  
detestata. Manet sub rabie ducis  
Calvini soboles Numinis immemor.  
seu Virus docuit turpe sequaculos,  
seu patrum meritis dedecus addidit:  
Bed me Christisonum pramia fontium  
admiscent superis, nudaq; castitas  
Verbo nixa DEI, & cum precibus Fides:  
secernunt populo. Si neq;, Spiritus  
afflatum cohibet, nec tua gratia:  
à vivente choro distractabit & domo.  
& si me innocuis patribus inseris  
eterno feriam sidera carmine.

HORATII CHRISTIANI LIB. II  
Ad CHRISTUM pro poenarum  
mitigatione preatio.

ODA H.

JAM satis terru<sup>n</sup> nivis atq<sup>e</sup> diræ  
grandinis misit DEUS, & redemptum  
morte divinae sobolis gemenda

terruit orbem.

Terruit gentes grave ne rediret  
seculum civi<sup>n</sup> nova faxa questio  
ante quo jusses Pharaon labores

duplicat ofor,

quos salutarat veniens ab axe  
Lucifer naros necat, & trementem  
habitum viræ, decus & creatum

supprimit exlex.

Vidimus Turcas & iniqua castra  
barbare gentis violenter ausis  
ire vastatum monumenta Regis

Templaj<sup>r</sup> CHRISTI

Africæ dum se nimium querenti  
jactat ulricem vagam Christiani

A q

sanguis

AB

M. THOMÆ SAGITTARII

sangvinis terras JOVE puniente  
proluit amne.

Audiet Turcas acuisse ferrum,  
quo cohors germana frequens periret,  
audier pugnas miserias parentum

rara juventus.

Quem vocet CHRISTI populus ventus

Imperii rebus? prece quâ sagitget

Sponsa de Sion minus audientem

carmina sponsum?

Cui dabîs partes scelus expiandi

CHRISTE? qui pœnas meriti ferendas  
sæpè, nunc tandem veniam preciamur,

CHRISTE preciamur.

Sive jam corpus meditariū atq;  
sangvinem, quo nos alîs atq; fibras  
heu nimis multum dubias resingens

numine firmas;

Sive tu quondam male vulneratum  
cernis heu; mucrone latus pedesq;  
sive jam spretum genus & nepotes

respicis autor.

O diu



## HORATII CHRISTIANI LIB. I.

O diu magnum meditate damnum,  
qui vides nostras cadere hic catervas,  
sanguine & fuso pedites cruentam

spargere terram.

O tuos, ô CHRISTE, lares gubernes,  
agmini intersisti serviens,  
ne ve te nostris vitiis iniquum

ocyor aura

tollat. Hic cernas meritos triumphos,  
hic ames dici Deus & Redemptor,  
neu sinas Turcas equitare inultos

te duce CHRISTIF.

---

## Ad CHRISTUM natum puerulum.

### ODA III.

Sic te sancte puer DEUS

& FRATER proavis edite regibus  
det nobis TATER, & ferat  
donis FLAMINIS impleta beantibus  
mater, que mihi JESULUM  
debet sollicitu pectoribus dico

A. 3

optatus

diu

M THOMÆ SAGITTARII

optatus venias precor

& firmes anime praesidium meæ.

Illi Damon & æs triplex

circa pectus erat, qui puerum horrido  
immisit stabulo invidus

bosses, nec imuit præcipitem Africum  
fætum frigore maximo

nec tristes hyemes, brachia nec DEI,  
queis nil orbis in atrio

majus tollere seu ponere vult cruceim.  
Quas JOVÆ timuit minas?

qui succis oculis membra trementia,  
qui ridit teneros pedes

& præsepe boum suscipere hospitem.  
Ne quicquam DEUS arbitr

donat sedifragis civibus unicum  
gnatum: Si tamen impie

optatam requiem despiciunt manus.  
Non sic CHRISTICOLÆ pii

non sic forte ruent per vetitum nefas.  
Adami ingluvies malam

cladem fraude novâ gentibus intulit,

peſt



## HORATII CHRISTIANI LIB. 4

post pomum vetitâ arbore

subductum macies & nova februm  
terrûs incubuit cohors,

ignotij, prius dira necessitas  
leti corripuit gradus.

Hæc sed fata dolens JESULUS ô mem  
donis nam homini datis

perrupit Acheronta, abstulit & minas.  
Peccatoribus hæc salus,

Cœlum ipsum petimus, nec mediator his  
ob nostrum patitur scelus

iracunda patrem mittere fulmina.

---

Ad CHRISTIANUM de conversio-  
ne & Christi & Spiritus sancti me-  
ritis gratulatio.

## ODA IV.

Solvitur acris hyemis gratâ vice flaminis beni-  
nosq; motus sentiunt sodales (gni,  
ac neq; jam tenebris gaudet Chorus aut Professor  
nec corda nigris concidunt periclis, (uinbris

A 4.

Jam



M. THOMÆ SAGITTARI

Tam firmos animos volvit Petrus, imminente flatte  
junctique dono spiritus docentes  
eternâ mentes quaerunt face, dum pias calore  
jam flam̄en ardens armat officinas.  
Nunc decet attento placidum caput expolire sensit  
Et flore, codex quem tulit J E H O V A :  
Nunc Et in umbrosis Christo deceat immolare tem-  
Et corde sincero piague voce. (pli)  
Vivida dos aquâ firmat face pauperum tabernasi  
Regumque turres, Christiane sangvis,  
Opia tanta boni spem nos jubet inchoare firmam;  
Et domus illa precum fortissima, quò semel mearis;  
Et regna veræ sortiere ritæ,  
Nunc intus flammam mirabere, qua calet juventus  
en omni, Et mox Ethnici tepebunt.

---

Ad Christianum de Papa impostore  
impudentissimo;  
ODA V.

**Q**uæte, quæ meretrix in Capitolio  
effulgens, Superum terret honoribus?

HORATII CHRISTIANI LIB. II.

& tot fulmina vibrat,  
quem prono recolu pede  
Simplex blanditias? Heu quoties fidem  
& miras Furias flebis, & improba  
nigris pectora monstris  
emiraberis insolens.

Quo nunc tu frueris credulus angelo,  
qui patrem hanc dubius semper amas  
speras, nescius astus (bilem)  
Tarpel miseri quibus  
non speratus obest. Quot sine viribus  
humanis Genys vota precantia  
persolvisse queruntur,  
que debent supero Deo.

Ad CHRISTUM  
patientem.

ODA VI.

Scriberis supero fortis & hostium  
ó Rex, angelici carminis alite  
quam rem cunque tuo pro grege sanctius  
olim vulnere gesseru:

AS.

Noss.



M. THOMÆ SAGITTARII

Nos ò CHRISTE neque hec dicere, nec grave  
Pilati stomachum credere nesciunesci  
nec sentes neque tot scommata militum,  
nec tude facimus serum

Conamur tennes grandia, dum stupor  
infantisque lyra Musa potens vetat,  
laudes exigui non imitabiles  
culpa deterrere ingeni.

Quis Christum immerito criminе proditum  
digne scripserit? aut vulnere faucium, aut  
ad patris positum brachia cœlitus  
majestate parem Deo?

Nos jam paucula, nos fortia crimina  
in terris sterili Pallade credula  
cantamus misero pectore nam parum  
hec mysteria cernimus.

---

Ad CHRISTIANUM de veræ pic-  
tatis studio.

ODA VII.

**L**audabunt alii dubio convivia luxu  
divitis aut prætoria Crassi,

HORATII CHRISTIANI LIB. X

Splendida, vel magno spectacula plena triumpho,  
victorumve insignia tempe.

Sunt quibus unum opus est intactae Palladis artes  
carmine perpetuo celebrare, &  
undique decerpitas capiti conquerire lauros.

Plurimus ast in Martis honorem  
aptum dicit equis Siculum fortemq; Gigantem:  
Menet tam splendida fama  
nec tam magnifico perculsit curia fastu,  
quam domus Israëlis, & amplis  
templa refrigeris ditissima, & hospite CHRISTO  
salvificis convivia mensis,  
Sanctus ut obscuris detergit nubila fibris  
spiritus, & tibi parturit ignes  
perpetuos: Sicut sapiens finire memento  
tristitiam vitæq; labores  
toris dives tuis seu te fulgentia signis  
templa tenent, seu densa tenebit  
te tecti umbra tui. David citus agmina saute  
cum fugeret mortuq; periculum



M. THOMÆ SAGITTARII

sapè preces imiū fertur dixisse medullis,  
sic tristes adfatus amicos:

Quā nos cunque feret m̄l̄ior for̄ una J E H O V A E,  
ibimus o socij comites j̄.

Nil desperandum Jovā duce & auspice Jovā.

Certus enim promisit Olympo  
fidentes tutos per tela per arma futuros,  
ō fortes pejoraq; passi  
mecum sap̄e viri, precibus nunc pellite curas,  
Nos bedie solabitur aether.

---

Ad hominem avarum &  
impium.

ODA VIII.

E uclio dic per unum  
te Deum oro, sic animā cur properes amando  
perdere, cur apricum

oderis templum patiens frigoris atq; cladi.  
Cur neque Christianus  
inter aequales sedcas, nec releves sacrato  
pectus inane verbo:

Cur rimas Mammona vagum linquere? cur  
labore

divi-



MORATII CHRISTIANI LIB. I.

diritas pudendas

anxio quæris e neq; jam flamine plena versas  
præmia sepe furto,

sæpe gazas callidiūs fœnoribus capescis.  
Nil facis. At JEHOVÆ

filium credas placidum sat preciosa ferre  
munera, dignitate  
aureos, plusquam sapias, quæ superent Ru-  
dolphos.

---

Ad JESULUM recens natum.

ODA IX.

V Ides ut ægro stent homines genu,  
o CHRISTE nec jam sustineant onus  
culpæ laborantes, & iras  
Numina conglomerent acutas,  
descende cælo munera perditæ  
large reponens, atque benignius  
deprime decretum parentis  
è gremio satis expeditum,  
nec dedenævis catena, qui semel  
stravere Patres robore perfido

A 7

confem



M. THOMÆ SAGITTARII

consentientes nec rebelles  
amplius hic agitentur ausus.

Quid sit furorum perge age querere,  
& quem favorem cunq; meres, lucro  
appone nostro nec labores  
sperne puer, neg<sub>z</sub> vota cordis.

O cunctis dum JESULUS ille adest  
Vox atq; ab alto Gloria vertice  
svavesq; per templum susurrari  
consolata repetantur horā.

Nunc mentis imæ proditor intimo  
erumpat ingens pectore gaudium,  
pignusq; cum gratante voce  
collocet ante pedes JEHOVÆ.

---

Ad JESULUM recens natum.

ODA X.

CHRISTE tam facunde puer Marie,  
qui ferops cultus hominum recentum  
voce conformas catus & decorà  
mente fideq;

HORATII CHRISTIANI LIB.

Te canam magni Jovis & Mariae  
filium, certæ Fidei parentem  
abditum quicquid placuit petito  
prodere verbo,

Te, polosolim nisi reddidisses  
per dolum amotos hominem nefandæ  
voce dum fallit, videns salute  
risit Avernus.

Quin Mahometis duce te superbi  
grex Jacobæus rabiem relictam  
Italosq; ignes & iniqua Romæ  
castra fessellit.

Tu pias letu animas reponis  
sedib Virgag; malam coërces  
aureat turbam superis potentum in:  
victus & imis.

---

Ad



M. THOMÆ SAGITTARII  
Ad Christianum de veræ pictatis  
studio.

ODA XI.

Sic ô quæsieris scire, decet, quem dederit tibi  
finem Jova, Dei progenies, sæpeq; Biblicos  
tentari numeros, ut rideas, quod superest pati,  
seu plures hyemes seu tribuit iam DEUS ultimam,  
qua nunc oppositus debiliter militis semur  
morborum, sapientis, sacra legas, & spacio brevi  
spem longam foreas. Dum loquimur fugerit  
invida.

Ætas. Quære diem, que FIDEI latitiam ferat.

---

Ad Ecclesiam, ut Deum laudet,  
admonitio.

ODA XII.

O DEUM IUDÆA hyrævel acris  
tibi sumas celebrare signum,  
grataq; insigni referas Camœnā  
facta JEHOVÆ.  
Quid prius dices solitu Monarchæ  
laudibus? qui res hominum ac Deorum

HORATII CHRISTIANI LIB. I.

qui mare & terras varijsq; mundum

temperat horis.

Unde nil majus generatur ipso,  
nec viget quicquam simile aut secundum,  
nec pares illis meritò occupavit

ullus honores.

Dic Deum. Ille arctis aditus viarum  
firmat en claustris, faciles mœrabat  
quos prius, fixis pesuit columnis

areq; postes.

Dic Deum. Ille hostes Solyme imminentes  
egit insigni domitos triumpho,  
atque subjectos rigido minaces

verbere pulsat.

Dic Deum. Ille amplius segetes aristis  
aggravat campus, velut unda rivis  
cœcum plenis fluit, ipsa rumpunt

horrea messes.

Dic Deum. Ille iras fremitusq; magnos,  
terra quos intus meditatur, uno  
temperat verbo, solitoq; fluctus  
numine frangit.

Dicitur



M. THOMÆ SAGITTARI

Dic DEUM. Ille auras nive vestu instar  
utili lana, cineres pruine  
en modis miru imitante terras  
nubit amictu.

Dic DEUM. Ille alto veluti paratum  
nectar, & gratum stomacho lucellum,  
grandines dextrâ celeri rotatas  
torquet Olympo,

Dic DEUM. Ille umbra rapidos moratur  
fluminum lapsus, celeresq; ventos,  
O quis intactus dubio nec actus

frigore abjicit?

Dic DEUM. Ille uno jubet ore, mox &  
desfuit saxis agitatus humor  
& minax vincit pelago solutis  
unda recumbit.

Dic DEUM. Ille imis placitos medullis  
inserit mores placidus Jacobi,  
& suâ ostendit latices salutis  
Ponte Sioni,

Non

## HORATII CHRISTIANI LIB.

Non suo, non sic alios favore est  
JOVA dignatus populos, perosus  
omne sed cordis scelus expiandos  
misit Averne.

¶ DEUM JUDÆA lyra vel acri  
tibia sumas celebrare Sion  
tentāq; insigni referas Camœnā  
facta JEHOVÆ.

---

## Ad JESULUM recens natum.

### ODA XIII.

Cum tu JESULE, nubibus  
delapsus roseis consilio patria  
landas Numinia, mox meum  
fervens salvifico cor salit impetu  
Tunc non noxa mihi prior  
ima sede manet, humor & in genas  
raptim labitur, arguens  
quam firmis animis crimina deprecet.

Adfis

Non

M. THOMÆ SAGITTARII

*Ad sis seu mihi candidos  
ostendas latices degnate cœlico  
verbi, sive puer farrens  
cunas constitutas pectore sub meo.*

*Nam, si te satis audiam,  
spero perpetuum dulcia te polo  
præbentem oscula, que DEUS  
omni parte tui nectarū imbuas.*

FELICES TER ET AMPLIUS

QUOS DIVINA BEAT GRATIA, NEG  
MALIS

VERSUS SÆPE PIACULIS  
SUPREMO NOCUOS LINQUITAMOR  
DIE.

---

Ad Pastorem minus diligentem &  
vigilantem exhortatio.

#### ODA XIV.

O Vates referent ad Stygatē novi  
errores. Quid agū? gnaviter occupa  
templum. Nonne vides ut  
nudum consilio caput?

HORATII CHRISTIANI LIB. I.

& virtus Satanæ faucia fulmine,  
C spes lassa gemant, ac sine viribus  
via perferre Jacobi  
possint imperiosius  
agmen? Non tibi sunt integra pectora,  
non mens qui meritas effugias cruces,  
quamvis detibus auctus  
Jovæ filius inclutum,  
jactes & genus & nomen inutile.  
Nil fictis Superi planctibus uspiam  
fidunt. Tu nisi mundo  
debes ludibrium, cave.  
Dudum sollicitum que tibi tedium  
nunc desiderium grandius aggerent,  
atque abjecta genente  
quæreris Biblia spiritu.

---

Ad JUDÆOS de interitu Jerusalalem  
& totius regni devastatione.

ODA XV.

CHRISTUM cum traheret nil nocuum novi  
ad suspecta fori pulpita carnifex,  
ingra-

EC

OR

&

6



M. THOMÆ SAGITTARIL.

ingrato Furiis miscuit ocio,  
Et dudum accelerat fera  
regno fata. Malo tangitur omne,  
quem Romana manus milite vindicat.  
conjurata iudeos perdere filios  
Et Iudee solium vetus.  
Neu quanæ lacryme, quantus adest viris  
mæror, quanta movent funera Abramicae  
genti iam galeam Titus Et agida  
currusq; Et rabiem parat.  
Nequicquam heus Abraham presilio feroci  
TEMPLVM respicies fetidaj; hostile  
impuris animis munera divides.  
nequicquam sociis tuas  
arces, Et populi fortia pectora  
jactabis strepitumq; Et celeres sequi  
Abneros. Tamen heu mæstus in angulo  
erines pulvere collines.  
Non Vespasiaden exuum tuæ  
genti, non Rutulorum agmina cogitas?  
Vrgent impavidum te undiq; Et undiq;  
Romanorum Aquilæ truces.

Judeo



MORATII CHRISTIANI LIB.

Judeo fature sanguine, divites  
argenti innumera mole, famem quo<sup>z</sup>  
noscet. Ecce fuit te laniare atrox  
Titus liberior patre,

quem tu cervus uti vallis in altera  
visum parte lupum graminis immemor  
sublimi fugies tristis anhelitu,  
non hoc pollitus ruis.

Recunda dies fulmina proferet,  
matronasq; neci & filiolas dabit,  
post certasq; hyemes flamma licentior  
uret Ierusalem domos.

---

Ad CHRISTUM patientem.  
ODA XVI.

O CHRISTE pulchro pulchrior Hespero,  
quem criminosa, quem precoro, modum  
pones dolori, sive in horro  
sive cruce auxilium precaris.

Non fau<sup>z</sup> Gehennæ, non Satanas quatit  
mentem relapsorum incola tartare,  
non crimen æquè, non acute  
fie genuant Furia doloris.

172

M. THOMÆ SAGITTARII

Irae ut JEHOVÆ, quæ negj, mollet  
humanus ardor, dexteræ nec virum,  
nec robur ingens, nec tremendis.  
Angelus ipse valens lacertis.

Certum est. JEHOVAM imponere filio  
culpas ferendas nomine perditum.  
propter scelus magnasq; fraudes  
atq; gravem cumulasse sortem.

Ira nocentes exitio cito  
stravere Reges, & satis ultime  
stetere cause cur periret  
antea, & obruceretur undis  
orbis scelesto crimine cognitus.

Compescere mentem. Sic Satanæ tuos  
seduxit in dulci juventâ  
blandus, & in sociam Gehennam  
misit furentes. Nunc ope Spiritus  
mutare querent criminis, dum piis  
fuis recantatis amicus  
opprobriis, animumq; reddas.

---

Ad



HORATII CHRISTIANI LIB. I.  
Ad CHRISTIANUM de frequenti  
pietatis exercitio.

ODA XVII.

Sic Christianus sepe domum DEI  
permutet aris gnarus, & igneas  
segetur auram perbenigni  
flaminis, assiduasq; voces  
impune nunquam dogmata cœlica  
rident Nerones, nec bene deviis  
cessere contemptus tyrannū,  
nec Furias metuunt Avernī,  
rectela VERBI JVSTITIA & DECUS.

Nunc hic & illic carinat Biblica  
fravissimā cœli Camœna  
saxa sonant, resonantq;. Nos en  
CHRISTVS tuetur CHRISTO hominum fides  
& vita cordi est. Hinc tibi copia  
manabit ad plenum benigno  
semper honorum opulenta cornu.  
Hic in sacratā valle Erebi truces  
vitabis iras & cythara tuum

B

dices

Ad



M. THOMÆ SAGITTARII  
dices Redemptorem TEHOVAM  
& patrium retines amorem.  
Hic innocentis vulnera Präfusus  
volves sub umbrâ, nec phegetentia  
cum morte confundes, ut olim  
prælia, nec metues avarum  
suspectus Orcum, ne male supplici  
incontinentes injiciat manus,  
& scindat hærentem coronam  
crinibus, immeritumq[ue] corpus.

---

Ad STUDIOSUM de lectione Biblio-  
rum sedula.

ODA XVIII.

**N**ullum, Flacce sacris, quæso, prius perrolites  
librum,  
Viro florebeant intima que pectora Bibliis,  
Justis omnia nam leta Deus proposuit, nego  
mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.  
Quis post sacra gravem militiam aut pauperiem  
increpet?  
Quis non te potius, Christe, Deus, teq[ue] Fides colat?

Sig

HORATII CHRISTIANI LIB. I.

Sic ne quis soliti transfliat munera spiritus  
Gomorrha monet cum Sodomi pœna super DEI  
verbo inficta monet jam proprius tristior exitus  
sceptri Iudaici. En non domito sine libidinum  
discurrent miseri: Non ego te, perdite Marule,  
invitam relegam, nec variis plena furoribus  
sub diu rapiam. Spurca tene cum Berecinthio  
cornu stercore, que subsequitur pernicies viæ,  
& tollens vacuum plus nimio injuria verticem,  
aternijs poli prodigus, at dives amor stygis

Ad JESULUM placabilem puerum  
peccatoris precatio.

ODA XIX.

R Adix sœva cupidinum,  
& me dira negant fulmina Moysis,  
& legis celeres mine  
divini animum reddere amoribus.  
Terret me Satane furor  
firmato Goliath robore fortior.



M. THOMÆ SAGITTARII  
terret me ira Dei fremens  
Ex vultus misericordia favior adspici.  
In me pœna ruens caput  
involvit tenebris nec patitur novo  
tranquilla prece supplicem  
motus volvere sub pectore debitos.  
Sed vivum mitte spiritum  
IESV pollicitus suggerere, & ô tuum  
respiciens meritum unicè  
exoptate veni lenior arbiter.

---

Ad CHRISTUM GRATIARUM  
ACTIO, & devotio animi pro-  
missio.

ODA XX.

**G**rande portabis decus o Thalie,  
debitum tanto quod & hic Apollo  
præmium solvet, datur in theatro  
cum tibi votum.  
**C**HRISTE, salvator DEVS, ut paterni  
Numinis ritu simul atq[ue] laudes

HORATII CHRISTIANI LIB.

reddat insignes tibi Christianæ  
gratia mentis.

Percipit pressos toties ad ungvein,  
Et probas versus mea non Elise  
temperant flatus, neq; Cherubinae  
carmina Musæ.

Os tibi laudes pueri sonabit,  
Quoq; pauxillo redditu liqueris  
non lacessendos reparata matris  
ubera lactant.

Ad CHRISTIANOS de DEO cele-  
brando exhortatio.

ODA XXI.

J EHOVAM tenerè dicite virginis  
Et Christum pueri dicite, spiritum  
sacratumq; supremo  
unitos penitus Patri.

Vos matres digitis carmina promite,  
que cunq; aut sobolem bajulat ulnulis  
consuetasve labellis  
ad cunas recitat preces.

A 3

Vos



M. THOMÆ SAGITTARII

Vas patres itidem tollite laudibus  
natalem Domini Christi Hominis-Dei,  
in signisq; triumphos  
victo de grege Tartari

Hic bellum lacrymosum, hic miseram famem  
pestemq; à populo & principe Casare  
in Turcas Arabesq;  
vestram motus aget prece

---

Ad PECCATOREM de ejus sat  
misera conditione.

ODA XXIL

In teger vita scelerumq; purus  
In non eget CHRISTI meritis Gehenna  
nec veneratas metuit sagittas  
dignus Olympo.

Ast ubi talem invenies? caballus  
quere quæ Titan varis rotatur  
surgit Eois, & amica rursus  
sidera condit.

Namq; primùm horto Satanas Adamum  
dam suam miratur Eram, sed ultrè

debi-

HORATII CHRISTIANI LIB. I.

debitas leges abit impeditus,

fallit inermem,

quale portentum genus omne culpis  
erubescendi maculat, paratis  
damnat & pœnis, nisi CHRISTUS autor

sublevet agrum,

Pone quem templis ubi nulla sancti

Flaminis. Vivâ recreatur aurâ

mox virum mundi nebulae, malusq;

Tartarus urges;

Pone cum sceptro nimium superbo

in foro CHRISTI meritis negato,

triste spirantem Satanam videbis,

triste loquentem:

---

Ad PECCATOREM de conversione  
ne seria exhortatio.

ODA XXIII.

Vitas salrificos, ut colabrum cibos  
firmantes animam mole sub auxia  
culpæ, non sine magno  
terrore & stygis metu,

B 4

N. 111

M. THOMÆ SAGITTARII

Nam seu terribili fulmine lex micat,  
ex flammis Sinai, seu tua computas  
heu dispensata vite.

& corde & genibus tremis.

At nou Christus amans at Stygis arbiter  
iratasve les perdere cupit,  
ut patrem incipe tandem  
fidem mente sequi Deum.

---

Ad JOHANNEM MAJOREM  
Ienensem Superintendentem viduum,  
de luctu Christianè compescendo.

ODA XXIV.

**Q**uis desiderio sit pudor, aut modus  
tam charæ socie? Præcipe lugubres  
cantus, Morta, tuis, queis miseram pater  
sortem cum lacrymis dedit.

Numquid KNOFFIADEN perpetuus sopor.  
Urget? Cui pudor & nixa Deo Fides,  
incorruptus amor nudagi, castitas  
quando ullam invenient parem?

Natis



HORATII CHRISTIANI LIB. I.

Natis illa quidem flabilis occidit,  
nulli flebilior quam tibi MAJOR .  
Tun' frustrà pius? Heu! Non ita Numine,  
speras de supero: Necat

primùm ut pòst relever pectora Tartarū  
ad sit g̃ in medio flumine gratiōr,  
multūm quamq; pater diligit, asperā  
exercet sobolem cruce.

Adventante Deo cum Michaēl canet,  
auditam moderans flaminibus tubam,  
tūm vive veniet sanguinū imagini  
quam virgā semel anxit  
non levīs precibus mors rapit è sinu.

Hec damnū toleres providū interim.

Durum! SED LEVIUS FIT PATIENTIA  
UNA QUOD DEUS ALLEVAT.

---

Ad CHRISTIANUM de nefandis Je-  
suitarum fraudibus, & certissimo interim.

ODA XXV.

Pariū magnos recitant triumphos  
fraudibus crebris socii proterri

B. J.

116

M. THOMÆ SAGITTARI

nec crepant miracula tanta, amatq;  
dextera nummos,

que prius multum facilis movebat  
ordines tollit minus & minus jam,  
se canunt longas pereunte noctes

carminalates  
invicem matches satis arrogantes  
flebis invisis superis & imis  
Italo clamante magi per aras

somnia Mopso.  
Tum tibi ultrices Furiae & dolores  
qui manent falsos hominum Magistros,  
aggerent iras comitante flammâ  
non sine danno.

lata quod pubes animo decenti  
gaudeat. Christo magis imperanti  
grata, quam Papæ, simul atq; laudes  
personet hore.

---

CHRI

HORATII CHRISTIANI LIB. II  
CHRISTIANI ad seipsum gratula-  
tio ad Christum vero precatio.

ODA XXVI.

**C**OELius amicus criminaq; & nefas  
tradam repletu numine brachiis  
portare Christo, qui gementum  
Rex gelido metuatur orco,  
& quid Pilatum torqueat unicè  
securus. O qui cordibus integris  
gaudes, paratos nocte flores,  
nocte meo capiti coronam  
ō Christe dulcis. Nil sine te mei  
profunt honores, quod meritus novos  
fratres novo ditare cælo  
tej; tuumq; decet parentem.

---

Ad PAPAM ejusque satellites de  
ipsorum perpetuâ diffidentia & aliis  
vanis opinionibus.

ODA XXVII.

**S**cripsi in usum letitie libris  
torquere Papæ est. Tollite barbarum  
B 6 morem,



M. THOMÆ SAGITTARIU  
morem, Redemptoremq; Christum  
falsidicis prohibite nugis,  
Christo & libellū-invidiæ nefas  
immane quantum discrepat, impium:  
lenite fulmen vos Papistæ,  
nec stolidam retinet mentem.  
Vultis severi me quoq; discere  
artes Echidnæ? Dicat apertius  
Christus ministru, quo probatus:  
numine, quo doceas patrono.  
Cessat voluntas? Non alio audiam  
autore, quas tu cung; paras minas:  
atq; erubescendis aduris:  
ignibus immeritos nefanda:  
furore peccans- Quicquid habes, age,  
committe luci salvificæ. Ab miser:  
quintâ laboras in Charybdi:  
digne, Papa è meliore cœlo.  
Quæ te Maria, aut quæ solvere Catharit:  
santis periclis, quæ poterit Dea?  
Nunquam ligatum te cucullus:  
pōst Erebi expediet barathro.

---

Ad



HORATII CHRISTIANI LIB. I.  
Ad JOHANNAM Ducissam Saxo-  
niae 3. Julii anni M. DC. IX. Vinarie de-  
nata, & ad coelos evocatam.

ODA. XXVIII.

**T**E generis florem, matrisq; JOHANNA,  
Saxonico - cohibere pheretru (levamen  
mortis inoptatae, pro legibus arcta videmus  
vincula.. Sed multum tibi prodest  
ardentes fudisse preces, animoq; supremum  
cognovisse Deum morituræ.  
Occidit & genitor stirpi prælustre; JOHANNES,  
fidus Saxonie, neg; luctum  
est oblitera suum. Luget nunc orba, Maritum,  
& luget nunc orba puellam,  
Saxonicum quamvis semper meditata decorem  
testata est Genium; nihil ultrà  
nervos atq; cutem mors ipsi liquit. abivit  
spiritus hinc sublatus ad aulas  
JOVAE & CHRISTI. SIC JUSTOS PATRIA  
MANSIT,  
atq; INTRANDA SEMEL VIA COELI.

M. THOMÆ SAGITTARII

Dant alios luctus mœsta spectacula Matri  
sed luctus moderabitur haec fors.

Mista senum ac juvenum densantur funera MA-  
GNUM.

FOENUS SI JOVA COGNITUS ILLE  
nec scelerata matrum priscae contagio labis (EST,  
Tartareis caput obruit undū.

studiosa cohors, oculi ne parce querelis  
osib[us] & capiti inhumato,  
quicquid honorū id est da mœsta meretur & ultrā,  
Mater in hunc servata dolorem.

Plectantur risus te sospite multaq[ue] merces,  
quanta potest tibi defluat aequo  
a Jove cum Rectore sacri custode Lycei.

Negligis? immeritis nocitaram  
postmodò tu natus fraudem committis, & ipsum  
debita jura, vicesq[ue] superbae,  
remineant. Non haec precibus linquetur inultus,  
teq[ue] piacula nulla resolvent.

Dic, o dic: Lœtum ad CHRISTI reditum usq[ue]  
JOHANNÆ

hic manes in pace quiscent.

Ad

HORATII CHRISTIANI LIB. E  
Ad CHRISTUM Satanæ mortisq[ue]  
victorem.

ODA XXIX.

JESU, beatas nunc hominum adseris  
g[ra]tias & acrem militiam paras  
non ante devictus Gehenne  
Regibus, horribiliq[ue] monstro  
nectis cathenas. Jam tibi liberum  
credentium cor servi & unicè  
& frater ex antro triumphis  
ad solium statuetur almis  
doctus decentes promere gratias,  
voto paterno, quis neget arduis  
hostes retundi posse Christi  
viribus & Satanam perire?  
cum tu sepultis hostibus undiq[ue]  
gentem nefando criminе perditam  
salvare dextrâ sat potente  
pollicitus decus omne refers.

---

Ad



M. THOMÆ SAGITTARI<sup>I</sup>  
Ad CHRISTUM venturum precatio.  
ODA XXX.

**C**hriste, Rex Regum, decus atq; cœli  
sperne dilectam patriam, & vocatum  
ore te votasq; hominum gementes  
transfer in oras  
agnitus tecum PATER, & se postis  
SPIRITUS paenit, properentq; dotes  
& parum constans sine te juventa,  
vita, salusq;.

---

Ad JESULUM Salvatorem Chri-  
stiani precatio.  
ODA XXX.

**Q**uid dedicatum poscit JESULUM  
vates? Quid orat cœlitus inclutum  
sperans honorem? Non acuti  
egregias Salomonis artes  
Non firma regni sceptræ Davidici  
non robur ingentis grave Samsonis,  
non ruta, quæ semper quietis  
Nilus alit taciturnus undis.

Ferd.

HORATII CHRISTIANI LIB. I.

Ferantur ures susce, quibus dedit  
fortuna uites turcoꝝ, nobilis  
cum fratribus fecerit cutullis  
vina novis reparata terris,  
dignus Gehennā. Quippe ter & quatuor  
mense revisens delicias die,  
impunc. Mi ser ver tonantis  
gratia summa Dei, favore,  
sui paratum. Magne fidem mihi  
JEHOVĀ dones, quod precor, integrā  
cum mente nec turpem senectam  
degere. nec precibuo carentem.

---

Ad JESULUM recens natum.  
gratiarum actio.

ODA XXXII.

Possimus si quid labii per aras  
psallimus CHRISTO, quod & hoc in anno  
laudet & multis. Age dic sacratum  
barbito carmen  
JESULO primum modulate fratri,  
qui ferox animi proprio j̄ nisu  
missus



M. THOMÆ SAGITTARII  
missus humanam reparare vivo  
sanguine gentem  
Tartarum, & mortem Satanamq; & illi  
semper harentes Genios premebat,  
& dolos nigris oculis vagag;,  
fraude pudendos.  
O decus cœli, superumq; proles  
grata supremi patris, o laborum  
dulce lenimen, mibi queso salve  
rite vocanti.

---

De THOBIA à WERTHERN  
JENÆ mortuo.

ad  
Patrem mœstissimum.  
ODA XXXIII.

WERTHI, ne doleas plus nimio, memor  
THOBIAE sobolis, neu miserabiles  
decantes elegos quod tibi junior  
primis cecidit in rosis.  
Insignis patriæ stemmate plurime  
virtutis studia gratus erat Deo

accep.

HORATII CHRISTIANI LIB. I.

acceptusq; homini. Sed prius optima  
fatum falce metit citâ  
quam turpes meritis tollat Erynnies.

Sic visum superis, quéis placet optimas,  
mentes & Genios ex jugo aheneo  
regnis addere cœlicis,  
ipsum jam melior, quod petuit prece  
grato detinet. En:z numine conditor  
cœlesti in patria, gaudia debita  
plenis accumulans cadis

Hinc si quando dabit luce novissimæ  
exoptata sonum buccina classicum  
Christus proveniens, nubibus arbiter  
gnatum restituet tuum  
magnâ in letitiâ. NON MISERUM EST MORI  
SI NOSTROS GEMITUS LÆTIOR EX-  
CIPIT  
ULNIS TAM PATRIIS SEDIBUS IN PIIS  
CUM NATO ET PATRE SPIRITUS

Ne



M. THOMÆ SAGITTARII  
De CHRISTIANO probè confir-  
mato.

ODA XXXIV.

**A**rdens Iehora & cultor & appetens  
cœlestioris qui sapientie est,  
immotus astat, nec retrorsum  
vela dare, atq[ue] iterare culpas  
tentat pudendas. Namq[ue] Deus nova  
igni sacrato pectora reborans  
sustentat, & per se labantes  
firmat opes volucrem q[ui] sensum.  
Quid bruta pubes & vagi coecitas  
quid styx, & invisi horrida Tartara  
sedes, quid immanu tyranne  
conuteris? Valet ille summa  
mutare, Regesq[ue] attenuat Deus,  
abjecta tollens, & diademata,  
que jam Monarchu mole magna  
abstulit, his tribuisse gaudet.

---

Ad

HORATII CHRISTIANI LIB. I.

Ad DEUM

pro

IMPERATORE & IMPERIO RO-  
MANO GERMANICO PRECATIO.

ODA XXXV.

Q CHRISTE, cœli qui regis atrium,  
præsens vel imo tollere de gradis  
credentium cor, vel superbos  
vertere funeribus triumphos,  
en Christianus sollicita prece  
te miles ambit, te dominum poli  
quicunq; m;nes sub nefando  
triste gemunt Erebis barathro,  
te Lucifer, te non socii Scythæ  
urbes q; gentes q; Latium ferox,  
omnes q; Reges cum sui &  
purpurei metuunt tyranni,  
Germanici orbis ne pede, proruas  
stantem columnam neu populus vago  
clamore cessantes ad arma  
concuet, imperium q; frangat.  
Te semper anteit cœlica gratia  
magnos favores atq; oleum manu

go-



M. THOMÆ SAGITTARIE  
gestans amicâ, nec severus  
vultus adest rigidum refulmen.  
Te Spes & alibi digne Fides collit  
velata pannis te Dominum vocat,  
qui sèpè mutat à potentes  
sorte domos premis & coërcet.  
Hinc vulgus infidum & meretrix Lat  
per jura cedat diffugiant cadis  
a fece distentis amici  
ferre jugum crucis inparati  
Serves iterum COESAREM ad impetus  
monstrorum iniquos, & juvenum recens  
examen Eoù timendum  
partibus Arabæq; magnæ  
Ehen coticulum & sceleris pudet  
Vitaq;. Quenovs dura resinxerit  
etas. Quid intactum nefasti  
liquimus? Unde manus juventus  
metu JEHOVÆ continuuit? quibus  
pepercit aris? o DEUS, o cito  
converte inimicantes minacem  
Massagetas Arabasq; dextram.

---

Ad



HORATII CHRISTIANI LIB. I.  
Ad CHRISTIANUM de CHRISTO  
résurgente, & pietatis exercitio.

ODA XXXVI.

Et versu& precibus juvat  
placare, & labii munere debito  
autorem Fidei DEUM,  
qui nunc moestia& sospes ab ultimâ  
charis multa fodalibus,  
nulli plura tamen dividit oscula,  
quam Doctoribus, ut memor  
acta non alio rege pueris  
servataq; simul vie  
purâ non careat pulchra dies prece,  
neu promptu modus agminis,  
neu morem in veterum fit requies lyra,  
neu fidos Abraham patres  
in Christum solitis vincat amoribus,  
neu desint Fidei faces  
neu rixax oleum gratiae amabilis.

Omnis



M. THOMÆ SAGITTARII

Omnes in sobolem DEI

deponent oculos, nec puer hic suis  
divelletur ovibus  
ausis auspice felicior Hespero.

---

Ad CHRISTUM à mortuis resur-  
gentem.

ODA XXXVII.

**N**unc est canendum, nunc prece libera  
pulsanda nubes, nunc laquearibus  
ornare suggestum JEHOVÆ  
tempus erit, pia turba CHRISTI.

Antehac nefandum psallere cum joco,  
planusq; Christo sub misera cruce  
dum Morta dementes ruinas  
funus & innocuum parabat  
contaminato cum grêge turpium  
culpâ virorum quodlibet impotens  
sperare fortunâq; dulci  
ebria. Sed minuit furorem

imma-



HORATII CHRISTIANI LIB. I.

immane flammâ divite servidum,

mentemq; lymphatam stygio croco,

redegit in veros timores

CHRISTUS ab hoste suo triumphans,

nervisq; adurgens, sollicitus velut

Venator anguem calcibus atterit,

& colla miris fata Echidnis

imminuit, daret ut catenis

immane monstrum; ex flumine perditas

salvare querens, nec muliebriter

expavit Orcum, sed latentes

morte sua referavit oras,

ausus Draconis visere regiam

vultu severo fortis, & asperum

calcare serpentem, ut retusum

cum fremitu gemeret venenum,

deliberat à morte beatius

fænus reclusit cœlitus invidens

ex sorte deduci superbo

& Satanâ miseros triumpho.



M. THOMÆ SAGITTARII  
Ad HOSTES VERBI DIVINI  
juratissimos.

ODA XXXVIII.

**B**elliços odit DEUS apparatus,  
dissplacent nexæ vitiū catervæ.  
Mitis sectari ROSA quò locorum  
sacra moretur.

Opprimes nunquam, Deus hanc, ut autor  
sedulus curat, neq; vos tyrannos  
addecer tantus furor aut sub imo  
pectore virus.

---

LIBRI PRIMI  
FINIS.

HORA.



HORATII CHRISTIANI  
LIBER SECUNDUS.

Ad CHRISTUM pati-  
entem.

ODA I.

Motum Pilato præsule civicum  
risusq; magnos & vitia & dolos  
ir.usq; Doctorum, gravesq;  
Principum amicitias, & arma  
CHRISTI innocentis livida sanguine,  
non efferenda plenum opus aleæ  
tractabo, & in gentes dolores  
exiguâ referam Thalia.

Multum severæ Musæ Tragœdiae  
succumbit ausis, plebs uti publicas  
res ordinarunt, & sacerdos  
grande nefas animo morentes

C 2

Insigne

A.



M. THOMÆ SAGITTARII

in signe mæstis præstium reū,  
Et Christianæ scipio curia,  
cui sudor æternos honores  
egregio peperit triumpho.

Jam nunc minaci verbere lorifer  
perstringit aures, jam juvenes fremunt,  
Et fulgor armorum stridorqz  
terrificant animos tuentum.

Audire templi jam videor duces  
non indecoro munere splendidos,  
Et cuncta monstrosis subacta  
à Furiis Solymam per urbem,  
Et Pontifex Et quisquis amicior  
legi senum se vorerat, impotens

CHRISTIj, lugendas nepotis  
inferias odio apparabat.

Quis non Apelles pectorē degener  
vultuqz patrum turpia murmura  
testatur auditumqz celo,  
plagiferi sonitum tumultus?

Quis hospes? aut que natio lugubris  
ignara culpæ Et perfidiae? Verum

quem

HORATII CHRISTIANI LIB. II.

quem non coloravere cedes?  
Vestrag̃ quæ gena vota nescit?  
Sed jam relatis vocibus asperis  
non Musa felix carmina supprime,  
CHRISTI ad latius rictorus olim  
quare modos meliore plectro.

---

Ad CHRISTIANUM de Fide falsa  
& efficta.

ODA II.

**N**ullus est ardor Pietatis imis  
abditæ fibris, & iniqua languor  
charitas vulgi, nisi comprobato  
splendeat usus.

Vivet extento Phariseus ævo,  
notus in fratres animi dolosi: At  
deinde agent pœnā feriente culpam  
fata gementem.

Sanctius vives vocuum domando  
spiritum, quam si Libyæ remotas  
colligas gazas, & ubiq̃ Regum  
te colat aula.

M. THOMÆ SAGITTARII

Torpet indulgens sibi sèpè Simon,  
nec malum pellit, nisi causa morbi  
fugerit venùs, & amarus ægro  
pectore langvor.

Redditum cœli solio Jacobum  
dissidens plebi & numero Baälis  
addit hunc virtus, populumq; falsis  
dedocet uti

vocibus, Regum & diadema tutum  
deseret CHRISTUS propriamq; laurum,  
qui fidem veram meritu probatis  
exprimit insons.

---

Ad ECCLESIÆ militem Christia-  
num.

ODA III.

PUrram memento rebus in anxiis  
servare mentem, non secus in bonis  
ab insolenti temperatam  
justitiâ meritusq; vitæ,  
seu justus omni tempore vixeris  
seu te propinquò numine per dies

festos



HORATII CHRISTIANI LIB. II.

festos sat attentos bearis

dexteriore notâ JEHOVÆ

Hic ô stupendo flamine TRINITAS

mentem hospitalem consociare amat

cœlis, & ægris allaborat

salvifico recreare verbo.

Hec Christianum ad publica commoda

flores salutis ferre jubens, facit

ut res & ætas hoc labores

auspiciis patientur æquis

Vinces profusis muneribus DEI

& dote, soli quam Superi dabunt.

Vinces, & exstructis in alto

divitiis potieris hæres.

Dives ne prisco natus ab Abraham

nil interest, an pauper, & Ethnica

de gente sub cœlo moreris.

bossum instar honoris expers,

Omnies eò ascendimus, omnium

ductore CHRISTO in conscientia gaudia

sors exitura, & nos ad ingens

concilium appositura cœlo.

M. THOMÆ SAGITTARII  
De JESU LO recens nato  
ad  
CHRISTIANUM.  
ODA IV.

**N**E sit abjecti tibi amor pudori  
JESULI nostri, prius insolente  
dexterâ, & nutu proprio patentem à  
fecit Olympum,  
fecit & terras, mare, stellulasq;  
fecit & solem dominum diei,  
fecit & lunam, manum suarum  
undiq<sub>z</sub> testes.  
fecit inculpatum heminem, & refecit  
inido postquam Satanae furore  
concidit fessus graviore labe  
damna reportans.  
O scias quod te preciosus autor  
maximi natum decorer parentis  
regium & certè genus atq<sub>z</sub> cœlos  
morte pararit.  
Crede non illum tibi fortuito  
deditum casu neg<sub>z</sub> sic potentem

forsan

HORATII CHRISTIANI LIB. IV.  
forsan à sola potuisse nasci

matre: Sed illum  
semper eterni sobolem parentis  
integer laudo. Fuge suspicari  
spiritu sancto mea verba teste  
Biblia firmant.

---

Ad CHRISTIANUM nondum satis  
sua in professione confirmatum.

ODA V.

Nondum subacta ferre crucem vales  
cervice, nondum munia supplicis  
æquare, nec sortis ruentis  
in socios, tolerare pondus.  
Circa videntes est animus tuus  
campos lucelli, nunc precio gravem  
replenis arcam, nunc & amplius  
ludere sienoribus miseros  
pregestientis. Tolle cupidinem  
immisis auri. Jam tibi spiritus  
diffundet auras expetitas  
divitiae rarius sacras.

C 5

Jam



M. THOMÆ SAGITTARI

Jam te sequetur. Prost at enim citum  
Numen, decusq; hoc, quod tibi dempseris,  
apponet ingens. Jam beatus  
dote petes sapienter aras  
verbumq;, quantum non monachi vafri,  
non Papa compto sic capite enitens,  
ut pura nocturno renides  
luna mari, Gniditure Gyges.  
Quem si probatis excuteret modis,  
nunquam sagaces falleret hospites,  
ut sepè conquesti, solutis  
fraudibus, ambiguoq; vultu.

---

Ad CHRISTUM patientem &  
vincientem.

ODA VI.

CHRISTE mærentum veniens Abyssa  
docte peccati juga ferre nostri, &  
barbaros mores, scelus unde semper  
pullulat ingens.

Otho



HORATII CHRISTIANI LIB. IV.

O tuo partus merito triumphus  
sit mee, quæso, requies senectæ,  
sit salus laßis animis, & aegris  
fulgeat umbris.

Inde si culpæ remeant iniquæ  
dulce dispersis ovibus Sionis  
flumen, & victura petam quietæ  
pabula menti.

Ille terrarum mihi præter omnes  
angulus ridet, uti fruge magnâ  
vora procedunt, maculasq; CHRISTUS  
sanguine delet,

Spes ubi certas fidei q; præbet  
JOVA servores, & amicus imber  
Christianorum toties petitis  
diffudit undis

Ille me tecum locus & beatæ  
Postulant sedes, ubi tu calentem  
vore consperges placido favillam  
fratris amicæ.

---

C G

Ad



M. THOMÆ SAGITTARI<sup>I</sup>  
Ad CHRISTUM natum pro genere  
humano.

ODA VII.

O CHRISTE mecum tempus in ultimum  
deducte cœlis & fate virgine,  
qui te redonavit Redempto rem-  
-heu nucuo generi paratum est  
O CHRISTE magnum præsidium reis,  
cum quo morantem sepe diem prece  
fregi, paternos ante vultus  
sat madidus lacrymis capillos,  
Tecum beantem robore Spiritum  
sensi, relictus, que dubia aggerunt,  
cum fracta virtus, & minaces  
in reprobo cecidere sensu:  
Sed me per iras Gratia cœlica  
certa paventem sustinuit fide,  
hos rursus ad damnum resorbens  
culpa malis tulit astuosis.  
Ergo obligatas reddo DEO preces  
magnog<sup>z</sup> nixus Nuwine sordidat

deponit

HORATII CHRISTIANI LIB.

depono curas nec laboris  
parco meo mibi destinato.  
Oblivioso ingentia sanguine  
peccata dele, fundeque balsama  
ex corde defessis. Quis audet  
deproperare melos Poëta  
curative carmen? Quem Deus arbitrium  
dicit canendi? Non ego segnius  
cantabo cygnis Nam RECEPTO  
DULCE MIHI CANERE EST JESU.

---

Ad ILLUSORES piorum  
impios.

ODA VIII.

Ulla si culpa male perpetrata  
pena perjurii nocuisset unquam  
corporis si qua fierent vel una  
parte pudendi.

C 7

eredes



M. THOMÆ SAGITTARII

crederent punire Deum furores:  
Nunc sed in culpis medii enitescunt  
divitium ritu, procerumq; prostant  
publica cura.

Expedit patrum cineres opertos  
fallere, & toto manifesta cœlo  
dogmata in templis, gelidâq; vates  
morte carentes.

Tangit hæc, ajunt fera sors &, angit  
simplices mentes, neq; nos tremendis  
semper ardentes acuens sagittis,  
impetit ullis.

O malis subsistite. Crescit angor,  
& lues crescit nova, nec priores  
impii tectum domini revisent,  
triste gementes.

Vos prement votis vidue relicte,  
& senes tardi, misericordi nuper  
virgines læse, mala quo trucidet  
aura nocentes.

---

Ad

HORATII CHRISTIANI LIB. IV.  
AD JOHANNEM MAJOREM  
Jenensium Superintendentem,  
&  
ELISABETHAM STROMERIA-  
NAM Viduam, Sponsos.

ODA IX.

**N**on semper egris horrida pocula  
præbet severa Phillyrides manu,  
campos nec omnes concitat is  
semper Apollo ferit procellis,  
præclare MAJOR, nec DEUS invidet  
gratos in arcta sorte Favonios,  
mox nubibus cœlum tegit, mox  
gaudia sole suo reducit.

Tun' semper urgebis lacrymis diu  
uxorem ademptam? nec tibi vespero  
surgentे decadent amores  
nec rapidum fugiente solem?  
At non, at exemplar fidei Sarum  
ploravit omnes sic Abraham senex

annos.



M. THOMÆ SAGITTARII

annos, nec ullas Patriarchæ  
in tumulis socias reposatas  
flevere semper. Desine mollium  
tandem querelarum, & potius novam  
STROMERIANAM, En: Cen Dianam,  
ut decuit, meditare Nympham, &  
mœstis levamen casibus additum,  
da gratiore cernere vertices,  
intraqz prescriptum maritam  
in socio recubare lecto.  
Distendit amplos in vidui ædibus  
rentres Milonis guttur, at interim  
si sit laborandum magis sepe-  
-Hesperia nivœ cuncta frigent.  
Lux est marita, est lux per amabilis  
qua lustrat omnes vultibus angulos  
servosqz, servasqz ad paratum  
obsequium obsequiosa cogit.  
Sit lux serena hæc, Sponse, tibi & tuis  
sit lux benigna hæc, Sponse, tibi & tuis.  
Quod Jova fixit. Sanxit ille  
CONNUBIUM, beat ille fautor

Ad



HORATII CHRISTIANI LIB. II.  
Ad JOHANNEM GERHARDI,  
Theol. D & Heltburgensium Super-  
intendentem, Viduum.

ODA X.

R<sup>E</sup>ctius GERHARDE, facit, JEHOVAM  
Semper urgendo prece, nec maritam,  
Sat adum tollunt, nimium dolendo,  
mortis ob ictus.

Debitam quicunq<sup>s</sup> fidelitatent  
diligit, nunquam caret efferatis  
Prælatis, nunquam caret insolentis  
flatibus Eurio.

Sepiūs ventis agitatur Heros  
Major, & celsas graviora fata  
impetunt mentes, feriuntq<sup>s</sup> fidos  
fulmina vates.

semper at perfert animo sereno  
asperam sortem benè præparatum  
pectus, informes hyemes reducit

JOVA, sed idem  
summover, non, si male nunc, & olim  
sic erit, quondam lacrymas ocellis

CHRI-



M. THOMÆ SAGITTARII  
CHRISTUS absterget, neq; semper imbres  
promet & ignes.

gratiā nixus quoties tuas o  
obvias cunctis benè visitabit,

JESULE cunas.  
& pios majorum imitatus ignes  
carminū ritu referentis ortum  
leniet vivā prece Christianus

cetera purus.

ad.

HORATII CHRISTIANI LIB. IV.

Ad CHRISTUM.

ODA III.

Quem tu, CHRISTE, DEO  
credentem placido Numine juveris,  
Mum non furor Ethnicus  
turpat degenerem, non Papa decolor  
curru dicit in Italo  
devictum, neq; res publica honoribus  
ornatum innumeris ducem  
aut Regum tumidis contuderit minis,  
offendat Superum ut domos:

Sed Sionis aquæ flumine quæ fluunt  
secundâj, ope gratiæ  
clarant salvifico fænore nobilem.

JOVÆ CONSILIARIUS

dignatur soboles inter amabiles  
grato ponere me choro,  
Et iam lege minus mordeor asperâ,  
O solamen amabile  
quod legis frenitum sanguine temperas  
Et vivas quoq; mortuus  
donaturum animas, si libeat, citò.

Totum

Ad



M. THOMÆ SAGITTARII

Totum muneris hoc tui est,

quod vita et tabulis scribor in aureis

bæres ut proprio in solo.

Quod patri placeo (Nam placeo) tuum est.

---

Ad M. ALBERTUM GRAWERUM  
Decanum Mansfeldensem, S. S.  
Theolog. Doctorandum de Theo-  
logi fortitudine & constantia.

#### ODA IV.

**Q**ualem ministrum Pontificis vagum,  
cui regnum in ipsos Rex stygis impios  
permisit, expertus dolosum  
in Superos animum scelusq;  
et lim juventus & properius furor  
umbris sacerorum protulit inscium,  
bullæq; jam verbo remoto  
insolitos docuere nisus  
Papæ furentes, mox in ovilia,  
demisit hostem servidui impetus  
nunc in reluctantem LVTHERVM  
egit amor dapi & farinae:

Quæ

HORATII CHRISTIANI LIB. IV.

Qualem re calvi dogmatis angelum  
maictare castæ matris ab ubera  
vix lacte depulso tyrones  
more novo nova vidit etas.

Vident GRAWERVM bella per ordines  
non sic gerentem Saxonici, quibus  
sons unde deductus Sionis  
divitiis opulentiores  
sensus obarmet, querere si velis,  
hæc scire fas est omnia. Nam diss  
latèq; clamantes catervæ  
conflio ante viri subiectæ

sensere quid mens pura, quid indoles  
nutrita sacra sub penetrabilis  
possit, quid immensi paternus  
in comites animus JEHOVÆ.

Sancti iuvantur cœlitus à DEO,  
est in ministris vivida Numinis  
virtus nec imbellem feroce,  
dejicient Gentium Nerones.

Doctrina sed vim sedula præmoveat,  
sancti q; status pectora roboran;

ut chnq;



M. THOMÆ SAGITTARII

ut cung<sup>z</sup> profecerē mores  
dedecorant benē docta culpæ.

Huic debeas GERMANIA quid viro  
Sphinges loquentur, fonsq<sup>z</sup> mali semel  
detectus, & pulcher fugatis  
ille dies populo tenebris,  
qui primus errorem imbabit impotens  
umbrasq<sup>z</sup> campis captat in Ital<sup>z</sup>,  
ceu flamma quercum sive ut Eurus  
Hesperiā benē potat undas.

Post hoc secundū usq<sup>z</sup> laborib<sup>z</sup>  
Germana pubes crevit, & impio  
vastata lurconum tumultu  
fana DEVM coluere rectum,  
dixitq<sup>z</sup>, tandem perfidus omne  
VETTERVS: Eheu nos animæ impares  
sectamur ultrò, quos opimus  
non tetigisse fuit triumphus.

Gens quæ beato Numinē fortior,  
jactata dirū fulminibus diu  
natosq<sup>z</sup>, maturosq<sup>z</sup> Patrē  
pertulit Italicos per ignes,

HORATII CHRISTIANI LIB. IV.

duris ut ilex tonsa bipennibus

nigræ feraci frondis in Algido  
per tela, per cædes ab ipso  
ducit opes animumq; ferro.

Non Hydra secto gutture ditor

vinci dolentem crevit in Herculem,  
monstrumve tentavere Colchi  
majus Echioniaeve Thebe.

Trudas ad ignes; Lætior advenit.

Luctere: Multâ proruet integrum  
cum laude victorem, geretq;  
prælia Pontifici dolenda.

Romæ labanti non ego nuntios

mittam superbos. Occidit, occidit  
Spes omnis, & fortuna nostri

nominis, opposito GRAVERO.

GRAVERIANÆ hoc efficiunt manus,

quas & sacrato flamine Spiritus  
defendit, & curæ sagaces  
expediunt per acuta bella.

---

G

Ad



M. THOMÆ SAGITTARIDH  
Ad CHRISTUM nasciturum &  
venturum.

Mul  
ODA V.

Fana  
**S**ummonate DEO, CHRISTE, Davidicæ  
custos gentis abes jam nimium diu  
optatum redditum pollicitus, patris  
sancto consilio redi,  
lucem rede tuo, Dux bone, cœtui.

Con  
Instar veris enim rultus ubi tuus  
affulget, populo gratior it dies  
cœli melius rubent.

Tem  
Ut mater jurenem, quem lituo tubæ  
permixtus sonitus sub Jove frigido-  
cunctantem spatio longius annuo  
duci detinet à domo.

Cælo  
Votis omnibusq; & precibus vocat,  
tristi nec faciem tramite dimovet:  
Sic desideriis ista fidelibus  
oprat te reducem Fides.

b. A.  
Barnus bos etenim rura perambulat,  
mæret svelta Ceres almaq; fauifitas,

b. filii

HORATII CHRISTIANI LIB. IV.

hostiles volitant per mare navitæ,  
aras nescit honor pias.

Multis polluitur cœca domus stupris,  
mos & lex maculosum hanc jugulat nefas.  
Culpantur varia prole puerperæ  
culpæ poena tacet nocens.

Tandem, CHRISTE, veni. Quis paveat Scythas,  
Quis dementia quos Italia parturit  
sætus, hospite te Numine quis feram  
pestem curet & ulceras?

Condes quemq; pium sedibus in suis,  
& riam tribues sanguine splendidam.  
Hic ad vota redi latus & optimus  
tu mensis adhibes tuos.

Te multâ prece te prosequimur p̄tis  
votis cum gemitu, Numen & ædibus  
miseremus, melius Gracia Principis  
quam magni memor Herculis.

Cælorum è utinam, Dux bone ferias  
præstes Christicolum, dicimus integro  
mœsti mane die, dicimus anxi,  
cum Sol Oceano subest.

M. THOMÆ SAGITTARII  
Ad CHRISTUM pugnatorem acer-  
rimum, & victorem felicissimum.

ODA VI.

CHRISTE quem proles furibunda magni  
vindicem furti, satanas <sup>az</sup>raptor  
sensit, & mundi citio victor ampli, &  
persidus osor.

Cæteris major, tibi miles impar,  
Angelus quamvis memor apparatus  
pristini vires quateret tremendo  
robore pugnax.

Ille veloci velut ictus Euro,  
& caput tritus pede fortiore  
procidit latè, posuit <sup>qz</sup> collum  
pulvere vistus.

Ille nunc addictus Averno, & olim  
sacra mentitus bene Christianum  
agmen, & latem segetem JEHOVÆ  
perderet omnem,  
& palam capti gravis, heu nefas, heu  
nescios fari pueros inquis  
ureret flammis etiam latentes  
matris in alvo.

HORATII CHRISTIANI LIB. IV.

ni tu à victus cecidisset atmā  
dexterā, & Divum pater exuisset  
mollior mentem potiore ditans

Numine cives.

Doctor aeternæ DEUS ô salutis,  
CHRISTE, qui puro lavis amne culpas,  
conscium defende genus, nec iras

mitte vagari.

Spiritum CHRISTUS mihi, CHRISTUS artem  
supplicem, normamqz dedit precandi,

Virginum primæ pueriqz CHRISTI  
sanguine loti

maximi tutela DEI, fugaces  
hostium turmas cohibentis ore  
debitum servate modum precesqz,  
fundite castas,

rite jam natum puerum canentes,  
rite splendentem face nocti lucâ  
prosperum cæptis celeremqz pronas  
solvere pœnas.



M. THOMÆ SAGITTARI

Liber hic dices ego CHRISTO amica

seculo certam referente vitam

vota persolvam, docilius JEHOVÆ

dicere laudes.

---

Ad JESUCLUM meum.

ODA VII.

Diffugere iræ, redeunt jam Numinia presiis,  
Christicoliqz decus.

Murat JOVA vices, & decrescentia culpas  
fulmina prætereunt.

GLORIA IN EXCELSIS cœlestis nuntius audet  
dicere, sware melos.

Nepati rem iratum metuas monet annus, & alnum  
quæ dedit hora DELL.

Moi duce mitescunt Superi, clementia vincit  
justitiam. Unde simul

optatos cœlum rores effuderit, & mox  
pœna labascit iners,

nec tantos animo meditantur Numinanavos,  
nos uti decidimus

dum

HORATH CHRISTIANI LIB. IV.

dum prius Adamus nos turpat criminē, turbā  
jam preciosa sumus.

Enīcīs: adjiciat quod gratis tempora rite  
non peritura DEUS.

Cuncta manus avidas fugiunt pressoris, amico  
nam faves ille animo.

Non unquam occideris, nec de te splendida Dēmonis  
fecerit arbitria.

Nam CHRISTI te lēta tui clementia, nam te  
restituit meritum.

Infernū nec enim tenebris spelunca redemptum  
detinet Isaciden,  
nec fixas valuit, Satanas abrumpere leges,  
aut nocuisse pīs.

---

Ad CHRISTUM gratis juvantem.

ODA VII.

Donarunt pateras aptaq; commodis,  
ad ritus solitos pocta sodalibus:  
Donarunt tripodas præmia dulcium  
templorum, neq; tu pessima munerūm

G 4

10

M. THOMÆ SAGITTARII

fers Maria manu Loiola protulit  
que dudum, aut reditu dirite Pontifex.  
Votis ille novis, hic specie sacri  
solers nunc hominem fallere, nunc DEUM.  
Sed non hæc mihi vis, nec tibi talium,  
**O CHRISTE**, est animus divitiarum egens.  
Gaudes mente piâ, hanc debuimus tibi  
donare, & precium ostendere sangvinis  
manantis nivei vulnere corporis,  
per quod Spiritus & vita reddit bonis  
Cœlo militibus, nunc celeres fugæ  
injectæq; silent Patribus enmine,  
nunc plane innocui vulnera flagraq;  
ejus, qui domitus agmen ab inferis  
Incratus reduit, clarius indicant  
mentem, quam veteres litterulæ, neg<sub>2</sub>  
si CHRISTUS sileat, quod maleficeris  
mercedem effugies. Quid foret impia  
Adami soboles si bona non malis  
obstaret vitiis gratia JESULI.  
Ereptum stygio littore Moysen  
& CHRISTI favor & dextera fortior

cœlo-



HORATII CHRISTIANI LIB. IV.

cælorum domibus consecrat inclutis.

Purum labe virum JOVA vetat mori,

cælo JOVA beat. Sic Superum interest

opatis epulis Paulus & Abraham

clarumq; Isacidæ nomen ab inferis

invictæ eripiunt fluminibus manus.

Sic lapsi generis fidus amabile

CHRISTUS vota bonos ducit ad exitus.

---

Ad CHRISTIANUM de constantia

& pietatis dono inæstimabili.

ODA IX.

N E queso crædas interitura, quæ  
semper beato missus ab æthere  
non antevulgatis loqueliis  
verba refert revocanda menti

Non, si priores prodidit anxius  
sedes Adamus, salvisque latente  
dotesq;, & orbes antefactos  
concilii placidi favores.

Nec, si quid olim pollicitus DEUS,  
delevit etas. Spirat adhac amor.

G. S. Vivunt-

M. THOMÆ SAGITTARI

Vivuntq; promissæ salutis  
aufficia & potiora fata.

Hic solus Evæ parcit adultere  
cœptis & ausum crimine perditum  
obvelat, ingentesq; culpas,  
& comites subit ipse pœnas.

Hic solus ægros in media cruce  
protectit umbrā, non semel à malis  
rexatus, & pugnavit ingens  
robore numinibusq; solus.

Dicenda templis prælia. Nam bonus  
salvator, instar Principi hic graves  
excepit ictus pro misellis,  
supplicibus puerūq; primus.

Vixeret terris tempore pristino  
multi, sed omnes qui sine JESU LO  
urgentur infausti profundā  
nocte, carent quia sole sacro

Nil hic sepultæ distat inertie  
mentita virtus. Ab ea, que DEI  
directa splendent apparatu  
nulla polo patietur unquam

Impunè

HORATII CHRISTIANI LIB. I.

Impunè parto carpere lividas  
obliviones, Est animus DEO  
gnarus futurorum & secundis  
temporibus dubius, præsens  
vindex inique fraudis, & adjurans  
amplo beatem fænorem gratiam,  
Doctorq; non unius anni,  
sed quoties bonus atq; fidus  
persuasioni Biblia prælulit,  
altoq; sprevit dona nocentium  
vultu, & per obstantes phalanges  
expeditu sua vicit or armæ.  
Non mentientem multa, vocaveris  
recte beatum, rectius occupat  
nomen beati, qui se IESU  
promeruit tegit expetitis,  
duramq; callet sponte crucenrpati  
pejusq; Averno flagitium timet  
non ille fallaces thaleris  
Pontificum coëmet cœullos.

M. THOMÆ SAGITTARIL

Ad PAPAM.

ODA X.

**O** crudelis adhuc & satanae muneribus potens  
insperata tuæ cum veniet pœna superbie,  
& quæ nunc humeris involitat, deciderint come.  
Nunc & quod scelus est tartareis sœpè prius minis  
hoc Papæ diadema in tenebras truserit abditas.  
Dices: Heu ( quoties te te Erebo viderū alterum )  
quæsors est hodie, non ea tam mœsta fuit viro.  
Eheu hisce locis incolumes non redcunt dies.

---

Ad impium de CHRISTI nativitate.

ODA XI.

**E**st mihi cœli superantis ævum  
gratiae plenus liber, est in æde  
parta divinis requies triumphis,

est kidei vis,

**S**AULE, quâ monstris religatus astas,  
Ridet hic vitâ domus ara castis  
vincita thesauris, avert imperato

spargier agno.

Cuncta

HORATII CHRISTIANI LIB. IV.

Cuncta festinat manus hue & illuc  
cursitant miste pueris puelle,  
debitum JOVÆ trepidant petentes  
pectore votum.

Ut tamen noris quibus adviceris  
gaudiis, festum tibi adest agendum  
qui dies mensem pueri decembrem  
monstrat amicum.

Sæpè solennis mihi sanctior qz  
jure natali proprio, quod ex hac  
luce MESSIAS meus affluenter  
ordinat annos.

Tartarus quem tu petis impeditus  
non tu & sortis locus est, & agros  
labe perversa tenet, et' vocali  
compede vincit  
terreat dudum Satanas avaras  
spes & exemplum grave probeat, qui  
Lucifer dignum imperium gravatus  
ferre JEHOVÆ,  
semper ut te digna sequare, & ultrà  
quam licet, tentare nefas ruendo

M. THOMÆ SAGITTARI  
disparem vites. Age sit paratæ hoc  
porta salutis.  
Non enim post hac aliud reposces  
Numen, hos condicē modos, amandā  
voce quos reddas. Minuent en atras  
Numina curas.

---

Ad JESULUM in cunis vagientem.

ODA XII.

Jam CHRISTI faciem partag̃, commoda  
ostendunt animæ tempora vivide:  
Jam nec corda rigent, nec populū stupent  
Papæ stercore turgidi.  
Iras ponit onus flebiliter gemens  
infelix Draco, & heu angelici chori  
eternum opprobrium, quod bene JESULL  
dextra est ulta superbiam.  
Dicunt ex avido pectore debitis  
custodes animæ carmina gratiis,  
dilaudent j̃, DEUM, quod placuit Patri  
cœlo mittere filium.

Addu-



HORATII CHRISTIANI LIB. IV.

Adduxere DEUM tempora cunulis,

& natum in stabulo paupere cernere  
si gestis, pueri salvifici cliens.  
pacis dona merebore.

Pacis dona feret missus ad Exules

qui nunc Bethlemitis adcubat horreis  
spes donare novas dives amaraq;  
curarum eluere efficax.

Ad quae si properas gaudia, -cum tuo

trito corde veni. Flagrat in igneis  
immunem placido tingere sanguine  
aris dices ut hostia.

Verum pone nefas & studium malis

Infernique, memor, dum licet, ignium  
vita stultitiam blanditiis brevem.

JUCUNDUM EST SAPERE IN LOCО.

---

Ad MATTHIAM LAURENTII

Viduum.

ODA XIII.

N Eglexere, vir, o DI tua vota, DI  
neglexere, vir o. Fu viduus, licet

vix



M. THOMÆ SAGITTARII  
vix uxore potitus,  
Iugesq; & genus impotens;  
& roto querula & flebilibus modis,  
ANNAM sollicitas. Illa beatiss, &  
docti assumere CHRISTI  
optato excubat in sinu.  
Eheu lapsus homo transvolat irritas  
terras, & profugit mox, quia luridus  
errorq; & qui i culpe  
turpant sacrilegum genus  
nec viri referunt gaudia Spiritus,  
nec sancti Genii pectora, que semel  
claris praedita donis  
concessit placidus DEUS.  
Conjunx ANNA fugit quo tua? quis color?  
quis vultus? Quidre habet illius? illius?  
quo mulcebat amores,  
quo te surpuerat tibi.  
Felix conjugium, notaq; & artium  
gratarum facies, sed sociæ breves  
annos fata dederunt  
servatura tibi iuam.

com-



HORATII CHRISTIANI LIB. IV.

constantis Fidei exemplar amabile.

Siste ergo lacrymas. Siste precer. Sat est  
multo non sine risu  
præmissam accipies Pelo.

Cores interea ab filiolos vide

communemq; fore pectore flammulam,  
olim junget Olympus  
quos Mors dissecat invida.

---

Ad CHRISTUM viñtorem.

ODA XIV.

Quæ cura Patrum lausq; fidelium  
plenis honorum muneribus tuas,  
O CHRISTE. virtutes in ævum  
per iitulos memoresq; fastos  
eternet? o qui Sol habitabile  
illuminas cor splendide lumine,  
quem legis expertes Gomorrah  
& Sodomæ didicere cives  
quidnam igne posses. Sulphure nam tuo,  
gentes nefandas implacidum genus

murosq;

M. THOMÆ SAGITTARII

murosq; firmatos, & arces  
montibus impositas tremendis  
absumis acer plus vitio potens.

Major Gehennamox grave prælum  
committis, immanesq; morsus  
auspiciis remoyes secundis,  
spectandus in certamine debito  
devota morti pectora liberas  
magnis fatigas & ruinis  
indomitos propè victor hostes.

odore plenus naribus integris  
scindente nubes impiger improbos  
frenare Reges & frementis  
subdere colla iugo Neronis.

Sic dudum Achabus volvitur invidus  
qui dum regna patris despoliat, sacro  
dum sevit, horrendamq; cultis  
diluviem minitatur artis.

Sic & Medorum desuper agmina,  
ferrata vasto diruiri impetu  
primosq; & extremos metendo  
sternis humi sine clade victor.

76

HORATII CHRISTIANI LIB. IV.

Tu copias tu consilium tuis  
præbes ministruſ. Hinc tibi quo die  
ſlatuſ ſupernuſ miſſuſ oris  
Et vacua patefecit aures,  
voroq; tandem proſper amabili  
verbi ſecundos reddidit exituſ.  
laudemq; Et optatum peractis  
auſpiciuſ decus arrogavit.

Nunc te Etnici non ante domabiles,  
Meduſq; Et Induſ, req; Arabes ſimul  
mirantur, o tutela praefens  
naviculae bene Christiane.

Te qui fatoruſ novit originem  
yates, Et auram flaminis igneam,  
teluctuouſis que remota  
ſederat in tenebris Damascuſ,  
te non payentes funera Mariyres,  
duroſq; paſti carcere compedes,  
recede gaudentes tyranni  
compositis animis verentur.

---

Ad



M. THOMÆ SAGITTARII  
Ad CHRISTIANUM de pietatis se-  
riæ & veræ exercitio.

ODA XV.

Paulus volentem ludicra me loqui  
svetosq; mores edocuit benè  
ut digna scripturæ per aequor  
vela dareim. Tua, CHRISTE, dextra  
terris triumphum reitulit inclutum,  
& fata summo restituit DEO  
erepta ab Inferni superbis  
postibus, & vacuam Gehennam  
dudum redemptis clausit, & ordinem  
rectum, & vaganti frena licentie  
injecit, amoritq; culpas  
& veteres renovavit artes,  
per quas Abramini robur, & abdite  
crevere vires famaq; JESULI, &  
porrecta majestas ab ortu  
solis ad Hesperium cubile.  
Ducente CHRISTO principe non furor  
Papalis, aut vis eripiet fidem,

non



MORATII CHRISTIANI LIB. IV.

non ira, que proscriptis hosties  
& miseras agitavit urbes.

Non qui minas nunc oribus exspunt,  
edicta rumpent Biblica, non Getæ  
Gallie, non mollesve Perse,  
non animis truculentis Iberi.

Nosq; & profestis lucibus & sacris  
inter beatissimæ munera JESULI  
cum prole matronisq; nostris  
corde DEUM prius adprecati,  
Virtute lœti, more Patrum, catâ  
fusis remisto carmine gratiis  
FLATUM sacrum & PATREM & JEHOVÆ  
PROGENIEM Superi canemus.

---

FINIS  
LIBRI QVARTI.

HORA.

# HORATII CHRISTIANI

## LIBER EPODON.

Ad Spiritum sanctum.

### ODA I.

**I**BIS supernus nunc ad agra sedibus,  
ð sancte flatus, pectora,  
paratus omnem cordium caliginem  
levare claro lumine.

**Quid** nos? **Quibus** te vita nostra preside  
fit grata, si contra, gravis.  
**Utrumne** iussi prosequemur gaudium  
celestis ni tecum simul?  
**mundi** an labores mente laturi decet  
qua ferre constantes viros?  
**Feremus,** & te vel per ignium globos  
& per tyrannorum manus  
vel irruentis usq; ad Papæ examina  
forti sequemur pectora.  
**Seis** è tuo labore quid ausis meis  
addas DEVS solatii,

comit

HORATII CHRISTIANI LIB. EPODE

L.  
comes minore me relinquunt in metu,  
qui major audaces habet,  
ut assidens anxius mater liberis  
nocentium allapsus timet  
absente patre, nec quid adsit auxilli  
gemens videt presentibus.  
Libenter hoc & omne militabitur  
bellum tuâ sub gratiâ.  
Non ut severis alligata legibus  
dem viribus demens meis  
decusve sentiam numen ante servidum,  
aut prisca mutem pascua,  
nec ut supernu imperans consortiis  
visus novos mihi somniem.  
Satis superj, me benignitas tua  
dit avit. Hoc laudaverò,  
quod ut petitus hospes me flatu beas,  
& liberas mediâ ex cruce.

---

De



M. THOMÆ SAGITTARII  
De Vitæ verè CHRISTIANÆ laude,

ODA II.

B<sup>E</sup>atus ille qui procul periculis  
ut sancta gens olim patrum  
paterna templa festinans adit pede,  
solutus omni criminé,  
nec excitatur ferridus nocens minis,  
nec horret infensem Satan,  
culpasq<sup>ue</sup> vitat, & nefanda civium  
rebellium consortia.  
Ergo aut cretos Angelorum & cœlitum  
animo recenset ordines,  
aut ex scelestâ valle criminum viam  
reducit ad rectam greges,  
inutilesq<sup>ue</sup> voce vires amputans  
feliciores inserit,  
pressoq<sup>ue</sup> legis cote terret impios,  
aut mulcet infirmas ores,  
vel cum petitum JESULI cunis diem  
anno December attulit.

gaudet



HORATII CHRISTIANI LIB. EPOD.

gaudet canistris thura deponens suis

myrrhamq; & aurum fundere,

queis muneretur, CHRISTE, jam te seminis

benigne tutor Abraha.

Libet sedere modo sub aquo fornice

modo in vidente gramine,

labuntur alto dona Spiritus throno,

funduntur in templis preces,

fontesq; manant Bibliis flagrantibus,

curas quod exturbet graves.

At cum tonantis ager Draconis furor,

flammas rotasq; comparat,

aut trudit acres hinc & hinc multâ prece

hostes in obstantes plagas.

aut ridet insons tendit hic qua retia

incautioribus delos,

verbiq; sub tutissimo clypeo latens

jucunda habet solatia.

Quis non piorum, quas Satan curas agit,

bac in se obliscitur?

H

Quod

M. THOMÆ SAGITTARII

Quod si probata conscientia nos juret,

firma et quod JOVÆ dextera

qualis Davidem aut roberatum lumine

pernicis Hannam flaminis,

sacrumque nostru*m* imprimat præcordiis

signum per adventum DEI,

claudensque more patris iratum mare.

commissa tollat criminis,

& leta dulci mella promens labro

opes supernas appetet:

Non me Paparum juverint bellaria,

magisve Calvini strophe,

si quas nefastis intonata fluctibus

hyems ad hos vertat lates.

Non dogma fallax descendit in pectus meum;

non fraus, nec error ullius

lucundior, quam lecta de purissimis

oliva vite Biblius,

aut prata CHRISTI, quæ cibum dant, atque aqua

anima salubres rividae,

M.

HORATII CHRISTIANI LIB. EPOD.

ut agnus aris cœsus in sublimibus  
sanguisq; fatus arbore  
Has inter epulas ō juvet partum decus  
sentire firmo pectori,  
sentire motus languidum adversus nefas  
sancto placentes Numini  
positasq; noxas, ditis inventum rafri,  
onus execrari robore.  
Hæc jam loquor: Malorum is est certe optimus  
qui Christianus ut sit  
suam remisit Idibus proterviam  
gaudet Calendis ponere.

---

AD PECCATOREM.  
ODA III.

E Xlex JEHOVÆ si quis impio impetu  
cœlesti vorum fregerit,  
“dat supernis sedibus poli nocens,  
O dura peccati juga.

H 2

Quid



M. THOMÆ SAGITTARII

Quid hoc Venenī scvit in præcordiis?

Quid Viperinus hic furor  
primes parentes ab fefellit? ab sacras  
cur Eva tractavit dapes?

Cur conditoris præter ordinem malum  
non certa mirata est ducem.

Ignotus ignoto illigandos criminē,  
turpavit astus Dœmonis.

Proscriptionem hoc ultus ausu cœlicam  
serpente sub nefario.

Nec tantus unquam ferro' infècit dolo  
plus corda justo credula,  
nec ignis humerū efficacium hostium  
inar sit aestuosis.

Tu si quid unquam tale concupiveris  
seu JOVA serio monet  
manes Gehennæ brachio exponet cito,  
extremâ & irâ puniet.

Ad

HORATII CHRISTIANI LIB. EPOD.

Ad PAPAM.

ODA IV.

Lupis & agnis quanta natura obtigit,  
tecum mibi discordia est,  
Papa, o malis gravate fraudibus caput,  
manusq; fuso sanguine,  
licet superbus ambules potentia.

Hoc fata multant scelus.  
Videsne sacram mentiente te fidem  
caelosq; apertos pessulis  
ut ora vertat huc & huc eridentium  
justissima indignatio?  
Fœtus ruinis & Petri Vicarius  
Doctoris ad fastigium  
iam regna mundi posidet ditissima  
regesq; calceis terit  
sedilibusq; magnus in primis pater  
templo IMPERATORE assidet.  
Quid attinet tot artibus mendacia  
efficta duci pondere

H 3.

contra

Ad



M. THOMÆ SAGITTARII  
contra LUTHERUM & confideles milites.  
SOLA HIC TRIUMPHAT VERITAS.

In obitum  
PETRI PISCATORIS Theol.  
Doct. & Prof. Publ.  
ODA V.

**A**T, ô DEUS, qui solus in cœlo regis  
terras & humanum genus,  
quid ista fert querela, tot quid hostium  
manus in unum proruunt?  
Per JESU'L' IM te, qui Vocatus, assoles  
adesse votis proximus,  
per hoc scholæ, quod & foves, decus precor  
ô parce sevo vulneri.  
Quæ nos noverca jam intuetur? aut tuis  
quæ pestis iniminet sacrū?  
Ut hæc trementi questus ore concidit  
heu morte PISCATOR scholæ  
i signe fulcrum, quale posset impia  
lenire Thracum pectora.

Accin-



HORATII CHRISTIANI LIB. EPOD.

Accincta Morta saeviore spicula

& fœta damno gravi

iubet sepulchris debitos manes citis

jubet cupressos funebres

& splenis angores cerebriq; anxias

prodire curas servidi

morbosq; quos insomnis hora plurimos

mittit periclorum ferax,

fractumq; pectus consciis laboribus

flamnis aduri maximū,

Mox expedita Parca per totam domum

feralia edit carmina

borrens capillis & minata Biblicis

cladem paratam litteris,

nullā Parca conscientiā

“<sup>Si</sup> uis insalenta sanguinem laboriorum

exhaustivai nūdū parcent laboriorum,

quo posset insignem virum

tandem die tristiore fortis artē

adducere in spectaculo,



M. THOMÆ SAGITTARII  
cum mortuus foras ferretur unica  
spes conjugij & filii,  
exerta uti medulla & aridum jecur  
laboris esset præmium,  
interminatis cum semel raptus libris  
intabuisset protinus,  
nec desuisse jugiter libidinis  
Calviniæ murmura,  
& sepè IENA credidit periculis  
educta jam decentium,  
quæ mentiendo Lutherana sidera, &  
pure docentes enecat.  
Mox irrectum seva dente livi lo-  
hic Mortarodens pollicem.  
Quid dixi? aut quid tacuit? ô rebus meæ  
Partæ, ministrae, quæ secatis aurea  
vitæ fluentis stamina,  
nunc, nunc adeste; nunc in hostilem virum  
iram atq; numen vertite,

forni-



HORATII CHRISTIANI LIB. EPOD.

formidolosis dum labant vires modis  
langvore magno flaccidæ,  
Virum, quod omnes lugeant, Theologum  
jam terra mater devoret  
labo fluentem, quale nunquam gratius  
meæ laborarunt manus  
Quid accidit e cur quæso nunciaæ hæ minus  
molitionibus valent?  
En delicata tangit ultus dogmata  
magnijs Pape fulmina,  
**CONCORDIÆ** cum Formulam nuper acrò<sup>o</sup>  
defendit ipse spiritu  
nec fortitudo nec latens in arduis  
virtus fefellit me dolis,  
succumbit omnis omnibus periculis  
indectus & doctus simul.  
Ah, ah solutus ambulat sortis æqua  
potentiore verbere,  
non usitatis doctiori insultibus  
ô multa fleturum caput.



M. THOMÆ SAGITTARII  
ad me recursas, nec vocata mens tua  
pius redibit vocibus.

Majus parabo, majus apponam tibi  
fastidienti præmium,  
priusque cœlum sidet inferius mari  
tellure porrecto super  
langvore quam non pereas, frondes uti  
absumit ignis aridas.

Sub hac meus PISCATOR placidus noluit  
lenire verbis impiam,  
sed certus unde quereret solamina  
immiscuit sacras preces.

O Morta magnum hoc est nefas. At haud valet  
CHRISTI favorem inverttere,  
diris aget vos, nira detestatio  
nullâ expiatur victimâ.

Quin & ubi abire jussus expiravero  
acceptus occurram DEO,  
visamque vultus expeditos JESULI,  
qui Christianorum est salus

HORATII CHRISTIANI LIB. EPOD.

& per quietis assidens consortius  
discam polo mysteria.

Vos CHRISTIUS esor hinc & hinc pœnus premens  
confundet omnes cœlitus

& cum satore sartoreq; omnis malit  
concludet atris Tartaris.

neq; hoc JEHOVÆ convocatos hospites  
effugerit spectaculum.

---

Contra SATANAM in solarium-  
piorum.

ODA VI.

Quid Christianos hospites vexas Satan  
Oves ut aduersus lupus:

Quin in JEHOVAM, si potes, vertas minas  
& te remorsuram petas.

Nam qualis aut Notus turbidusve Africus,  
vis naritus notissima,

M. THOMÆ SAGITTARII  
aget per altum crine sublato athera  
quicunqz procedit ferox.  
Tu cum timenda vocet turbasses pios  
vorare sperasti cibam.  
**Cave, cave.** Namqz in malos asperrimus  
parata tollit brachia,  
qualis Gehennæ vitor insidæ DEUS  
destruxit amplos obices.  
An si quis hostis hunc manu petiverit  
inultus ater ut puer?

---

Contra NOVO-HÆRETICOS.  
ODA VII.

**Q**uid, quò sclesti ruitis? aut cur Numini  
queruntur adversi patres?  
Parumne Papis atqz Calvino super  
fusum innocentis sangvinis?  
Non ut superbas Persie blasphemias  
jam ut hostis atrox, proterat

HORATII CHRISTIANI LIB. EPOD.

aut Turca jam constrictus ut citio occidat

hac est catenatus viâ:

Sed ut secundum vota curiæ suâ,

pereant duces discordiâ.

Neg<sub>z</sub> Arrianus nec fuit Neronibus

mos hic, nisi in dispar genüs.

Furorne cœcus, an rapit persvasio,

an præda? responsum date.

Tacent & ore mentis orsa prædicant

multumq<sub>z</sub> perculsi stupent.

Sic est. Acerba fata Doctores agunt

fidei q<sub>z</sub> fraternæ scelus

ut immerentem liquit in bello virum

conjuncta jam dudum manus.

---

H 7

Ad



M. THOMÆ SAGITTARII  
Ad PECCATOREM.  
ODA VIII.

Rogare magno fætidum te criminè  
vires quid enervet tuas?  
Cum sit tibi mens cœca, nec datas vetus  
imago dotes asserat,  
cadatq; solers inter anxias preces  
fides ut impius solet.  
Sed incitat te fervor ingens, & nefas  
ut unda fluctus aggravat,  
mundoq; ventus & ruens tumentibus  
animis voluptas addita.  
Demissus esto, fanus atq; imaginem  
CHRISTI revolvas exulis,  
nec sit triumphus qui superbioribus  
victis paratur hostibus.  
Nunc & libelli Biblici inter serios  
jacere Doctores ament.  
Illiteratis nam minùs sensus patent  
minùsve discunt abditum,

quod

HORATII CHRISTIANI LIB. EPOD.

quod ut fideli provokes examine,  
precibus laborandum est tibi.

---

In obitum

JACOBI SCHRÖTERI consulis  
Vinariensis.  
ODA IX.

Tandem reposum gaudiam in patria dome  
Victore CHRISTO Principe,

tecum sub alto, cum Deo ratum, pole,

SCHRÖTERE, nosceimus boni  
sonante misum vocibus carmen tubâ  
cœlestium in consortio.

Heu nuper actus cum furore uxorius  
dux perdidit dotes suas,

minatus orbi probra, que contraxerat  
funesto amicus Daemoni.

Adamus (eheu posteri plorabitur)  
jam mancigatus fœminæ

ferti

M. THOMÆ SAGITTARII

fert pomum, & ictu Iesu improbo malo  
servire peccati potest,  
intraqz regna candida & scholam DEI  
sol aspicit jam devios.

At hos frementes vertit CHRISTUS imperus  
pedibus Draconem conterens,  
hostiliumqz fraudum natu cadunt  
acies sinistrorum citæ.

Tu CHRISTE, CHRISTE tu moraris asperas  
iras, & accensum gregem.

Tu CHRISTE, CHRISTE tu purissimum  
cruore placasti patrem.

negz occidisti, mors licet ferocior  
tibi sepulchrum conderet  
terra & Gehennâ victus hostis sanguini  
lugubre murmur miscuit.

SCHRÖTERE centum nobilem ad sedem jecis  
votis adibas intimis  
exeritatos & vides cantu Angelos  
cernisqz præsentem DEUM.

Capa-



HORATII CHRISTIANI LIB. EPOD.

Capaciores sic ferò DEUS, thronos  
pacisq; adauge gaudia,  
Vel qui ruentem naufem coercent  
metire nobis SPIRITUM.

Curam metumq; rerum qui citus queat  
solante verbo solvere.

---

Ad PETRUM THEODORICUM

J. U. D. & P. P.

de

Conjugis CHRISTINÆ SCHILTE-  
KIANÆ obitu

ODA X.

M Alâ soluta morta vexat alite  
tollens amicam conjugem,  
ut horridus utrumq; verberat latus  
pestris venenis improba.  
Eheu gementes virus immisso malo  
G fracta crura distulit,  
surgunt querelæ, sicut altis mœnibus  
si capta Turnus obruat,

mes

M. THOMÆ SAGITTARII  
nec fidus atrâ nocte amicum apparet,  
quâ tristis heu conjunx cadit.  
Quietiore ducta sed fuit DEO  
quam foeda violorum manus,  
cum Numen ardens vertit iram cœlitas  
in impium turbæ caput.  
O quantus instat frivolis sudor viris  
multusq; stridor dentium,  
ô quia non virilis ejulatio,  
Ebor. aversum ob DEUM.  
Sed Angelorum cum reverberatus sonus  
nubes patentes rupes  
ut expedita sponsa magno in agmine  
itura conjunx obriam  
tum floridum cœlo offeretur præmiuno  
sedesq; fixa credulis.

---

Ad



HORATII CHRISTIANI LIB. EPOD.

Ad JESULUM recens natum.

ODA XI.

JESU, magis me quam vel anteā, decet  
promere corde melos, amore susceptum gravū  
Amore, quo nos derelictos extrahū  
turpibus ē vitiis, cœlos q̄ ad altos eleras,  
Hoc en periculum, Adamus in quo devius  
instituit furere, natū honorem decutit.  
Heu nos per orbem (Nam pudet tanti mali)  
fabula quæ suimus, rebellionum & pœnitent,  
In quēis TEOVAM & langvor & superbia  
arguit invidie, & petitus œstro Spiritus  
contra q̄ verbum, quod valere, maximum.  
Principis arbitrio poscebatur, applaudunt sibi  
simul valentis invercundus Satan  
servidiore odio iam dona promorat loco.  
Hanc, quæ malis inœstuat præcordiis  
pesimabilis, & à cœlestibus nos dividunt  
peccata, vulnus hoc magis gravantia  
deprimet in cineres, certare doctus JESULUS.

Ubi



M. THOMÆ SAGITTARII

Ubi hæc benigno te DEO cognovero  
jussus adire polum, mox deferar certo pede  
ad verè amissas jam mihi cunas, & ô  
limina grata, quibus defessus inveni DEUM  
nunc gloriātem quamlibet potentiam  
frangere pauperie. Amor JEHOVÆ me  
levet  
unde expedire non amicorum queant  
servida consilia, nec Angelorum machinæ:  
Sed alme Heros à favente Numine  
missus ad auxilium serpentū occupans co-  
(mam.

---

Ad JUDAM proditorem.

ODA XII.

Quid tibi vñ, JUDA, inferni dignissime  
oscula cur meditaris, & offert  
blanditias CHRISTO fictas nil tale merenti?  
Namqz sagax benè novit, amicus  
spiritus, an fallax cordis cubet anguis in antro,  
aut lateant fera tela Draconis.

Qui



HORATII CHRISTIANI LIB. EPOD.

Quis furor in fibris aut quam impius undiq<sup>u</sup> num-  
(m.)

crescit amor, cum fœnore parto  
indomitam properas rabiem sedare, nec usquam  
jam manet, heu reverentia CHRISTI  
flamine fucatus Satanae Doctoris ob iram  
sacra tui commercia rumpis.  
Ah tua quis stimulis agitat precordia Daemon,  
docta prius versas minùs, ægrâ  
Doctorem dux nocte potes jam prodere, ad unum,  
hoc scelus ô pereat male, quod mox  
aurum quærenti Satanæ monstravit ut hostis  
cum tibi CHRISTILS adesset amicus.  
Cujus sermo DEI constantior ore fluebat  
insinuans præcepta parentis.  
Nunc flammis stygiis iteratae fulmina culpæ  
cui properabuntur? tibi nempe  
ne sis æquales inter conviva, dolores  
excipiens sine fine Gehenna.  
O nimium infelix est quem DEUS abjicit, ægris.  
devovet & fataliter umbris.

---

In



M. THOMÆ SAGITTARII  
In obitum  
ANTONII PROBI Th. D. Superin-  
tendentis Vinariensis.  
ODA XIII;

**G**ratia larga favorj<sub>3</sub> PROBUM respexit &  
astris  
nunc fata seponunt senem, dum mare fulminib.  
et Eurusj<sub>3</sub> Notusj<sub>3</sub> movent, rapiuntj<sub>3</sub> per herbas  
armenia cum rectu vagu dumj<sub>3</sub> rigent genna  
pressa metu, & torto pereunt sub vortice nantes,  
nec ant<sub>3</sub> tot sub ignibus Principe tuta suo est.  
Cetera mitto loqui. DEUS haec DEUS ille benignus  
reducet in sedem rice. Sed bene sollicitis  
affari precibus juvet, & spem discere cœli &  
levare castis Numina sollicitudinibus.  
Sepius ut pastor docuit sacundus alumnos:  
Invicta gens Christo Deo sacra quid ô timeas?  
se manet in cœlis requies quam sanguine pure  
paravit olim mortej<sub>3</sub> Christus amore hominum.

Vnde



HORATII CHRISTIANI LIB. EPOD.

Unde tibi redditum magnā cum dote Redemptor  
offert, nec angustie crucis termina te recoquunt.  
Illic omne malum visu canūq; levabis  
JOVÆ q; summi & cœlitum dulcibus alleq;uit.

---

MARTYR AD PUSILLANIMUM  
& infirmum fidei.

ODA XIV.

V Is benè servida quæ tantam diffuderit imus  
constantiam præcordiis.  
pocula divinis ut si sumantia rivis-  
arente fauce traxerim.  
candide Christianorum occidis sœpè rogando.  
DEVS, DEVS nam me juvat  
Infusos, olim promissum Numen, honores  
crucem per omnem addutere.  
Non aliter flatu dicunt arsisse benigno  
prædivitem Laurentium

98



M. THOMÆ SAGITTARII  
qui mediis flammis irrisit sapè tyrannum,  
carnem cutimq; porrigens.  
Quid gemis ergo miser? Quod si tua fortior ignis,  
accendit ultrò pectora  
gaude sorte tuâ, nos magnâ dote, neq; uno  
confirmat autor munere.

---

## Ad LUTHERUM ANTICHRISTI- CIDAM.

### ODA XV.

**N**ox erat, & magnis terrebat Papas tenebris  
deserta terris pectora,  
cum tu verba DEI numen læsura, labore  
LUTHERE pellebas tuo,  
arctius atq; fides se CHRISTO astringit amico  
veris adhærens Biblii  
dum Papæ DEUS & nugis infensus Olympus  
probaret arctam regulam

Omni-

HORATII CHRISTIANI LIB. EPOD.

Omnipotensq; vagos agitaret dextra tyrannos  
odium hoc fuit ferventius.

O dolitüre DEI multum virtute cynæde.

Immensa nam vis DEI est.

Non fert assiduas te semper fingere nugas,  
& tollet iratus malum;

nec semel offensi ceder constantia JOVÆ,  
cum tempus intrarit decens.

At tu quicung; es felicior, atq; DEO nunc  
gaudes parente proximo,  
sis sapiens sat diffcili pro tempore, sermo  
tibi q; cœlestis fluat.

nec te vaniloqui fallant ludibria Pape,  
nec stulta vincant somnia.

Sin minus: Ablatos alio mœrebis honores,  
Satanasq; victum riserit.

---

I

In



M. THOMÆ SAGITTARI  
In obitum  
Magni Theologi  
POLYCARPI LEISERI  
ad  
filium cognominem Theol. Profess.  
Witeberg. Extraordinarium.

ODA XVI.

**C**asibus infelix teritur fatalibus etas,  
viros & ista Morta viribus premit,  
quos nec Iesuiticæ valuerunt perdere Sphinges,  
minacis aut rebellior Papæ furor,  
irrida nec rabies Gretseri aut Zwingli ardore,  
novisq; rebus additus Gloselius,  
nec fera Cumani Decumani monstra, nec iræ  
docentibusq; abominatus Hubius.  
Heu propea, heu nostrū POLYCARPUM sustulit  
& illa fors, soloq; mortuum intulit. (exlex  
Barbarus heu cineres accendet victor & orbem  
Papæ frenente vulnerabit impetu?  
quaq; valent animis & verbo scripta LUTHERI  
(DEUS retato) dissipabit insolens?

AUE



HORATII CHRISTIANI LIB. EPOD.  
aut propere ad Menachos inimicag<sup>j</sup>, castra volandū  
fides & omnis abneganda protinus? Cest.  
Non sis quā CHRISTI est Ecclesia tutā sub alis  
malis carere querst hic laboribus.

INFELIXILLA EST TANDEM CONCORDIA,  
QUÆ NON  
DEUM POTENTE NOVERIT MANU  
DUCEM.

Nullā sit hac potior menti sententia non sors,  
velut fatetur exercitanda cœtitas,  
aras atq<sup>j</sup>, lares proprios vastanda fana  
Pape relinquat & rapacibus lupis.

State, DEUS quo cung<sup>j</sup> jubet, quascung<sup>j</sup> per AYAS  
DEUS locabit, impigerj, spiritus. (VA  
Sic placet? Haud melius qui haber fradere, FENO-  
quid ergo stare quid moramur ausspicie?  
Quin iuremus in hoc? Simul imos terra debiscat  
S<sup>o</sup>gi dicata quam probet qui hoc nefas  
agnita re cordi dispellat dogmata, quamvis  
rotas crucesq<sup>j</sup>, struxerit docenteibus  
res a cohors ferrumq<sup>j</sup>, ferens minitabitur Orcum,  
novaq<sup>j</sup> monstrajunxit libidine,



M. THOMÆ SAGITTARII

Calvus amor juret & multos subsidere falsis,  
adulteretur & Prophetæ Thaidi  
credula nec timeant suriosos templo tyrannos,  
ameritq; falsa vulgus expes ingvina.

Hæc & que poterunt cœptis obſtare nefandis,  
ſtet hic, ſtet uicta Christiana cœritas,  
& pars infulſo melior grege dogmata ſimplex  
ſide apprehendat, imbibatq; cœlica.

Vos, quibus eſt virtus, turpes invadite Phocas,  
fugate post & execranda Tartara!

Nos manet in cœli placidus pater, arva, beata  
tenemus arva, dirites & areas,  
reddit ubi verbum ſolamina debita preſus,  
& irrigat a floret usq; vinea,  
germinat & nunquam fallentis ſomes amoris  
ſauimq; firmitat aequus ardor otium.

rota pia emanant è pectore, ab ore docentis  
beans ſonante lympha proſilit pede,  
illuc injuſi veniunt ad templo Quirites,  
refertq; turba corde firma gaudia,  
nec monſtrum horrendū CHRISTI diſturpat ovile,  
nec intumefcit ampli viperis cohors,

Plura



HORATII CHRISTIANI LIB. EPOD.

Plura sed in cœlis mirabimur, ut pia CHRISTI  
premat nec amplius tyrannus agmina,  
Cœlica nec firmis tollantur gaudia fibris  
utrumq; rege dirigente cœlitum,  
Huc salvifica POLYCARPUS tendit anhelans  
fide, tenetq; regna prosperæ domus.  
Illic quos genuit deserta Ecclesia luctu  
viros, ut alto in orbe fidus emicant,  
nullæ nocent justis contagia, nullæ tyranni  
piis ibi urget amplius potentia.

EN CHRISTIUS nobis hæc otia sanguine fecit,  
locumq; preparavit in domo patris,  
æternum injustis duravit Taratra, quorum  
piis secunda per fidem data est fuga.

---

PECCATORIS AD DEUM  
CONVERSI ORATIO.

ODA XVIII.

Jam, jam efficaci manus potentie,  
supplex & oro regna per cœlestia,  
per & Parentis mollienda Numinæ,  
per artq; CHRISTI sanguinem & necem, queunt



MATHOMÆ SAGITTARII  
commissa terris quæ lavare criminia.

O parce, parce flammæis, DEUS, misericordia,  
legisq; clemens tolle, tolle fulmina.

Moveat JEHOVAM filius patris iubat,  
in quem superbus ordinarat agmina  
Pilatus, in quem tela acuta torserat.

Luxere matres arbori addictum feræ  
terramq; & inter aërem datum neci,  
postquam relictis mænibus Solymæ, occidit,  
heu pervicaces ad Senatus impetus,  
nudata propriis exuere vestibus  
injuriost. Præfusis satellites,

volente Dite membra, tunc mens & sonus  
reiciens atq; notus in vultu color,  
decait satis superq; pœnarum tibi  
cœlestis o pater, dedit pro crimine  
excussa vita, sanguis & venis fluens  
cruore liquit ossa fœda lurido,  
meris capillos ambit angor lucibue,  
ullum à labore nec reclinat otium,  
urget diem non, & dies noctem, neq; est  
leyre voce qui velit præcordia.

Ergo

pro

& p

Qui

qua

tati

Zac

inju

offe

Qu

Mij

par

cen

vol

nec

O

me

tui

&

Tu

ne

se

YORATII CHRISTIANI LIB. EPOD.

Ergo Gehenni vincet? ut credam miser  
promissiones increpare cœlicas  
Et posse crimen impedire Numinis.  
Quid amplius vis? & mare & terre, horre  
quantum nego olim conscientie David  
tactus pavore, nec misor suspiriis  
Zacheus angustis. Quid? Tu, donec Stygis  
injuriosis perditus poenis cadam  
offensus indulgebis ire perpetim?  
Quae finit? aut quod me manet solatium?  
Miserere. Natus percitus poenas luit  
paratus expiare, seu poposceris  
centum labores, sive placari pio  
voles cruore. Tu DEUS sis & Pater,  
nec in furore perdas, qui te queritant.  
O filii tui vide offensus vicem  
meritumque nostri praesidis vixius prece,  
tuis adempta redde, redde gaudia  
& nos (potes nam) solve tandem iurgias.  
Tu nec paternis iam caribus mentibus,  
nec in sepulchrū pauperum torvus queas  
semel redemptos dissipare pulveres.

M. THOMÆ SAGITTARII

Tibi paternum pectus & blanda manus  
tuasq; fibras molliunt suspiria,  
quacunq; peccavere fors dementia.

DEI AD PECCATOREM  
CONVERSUM RESPON-  
SIO:

**N**on obseratis auribus fundis preces,  
non corda tangi surdiora fluctibus,  
ceu sèpè frustra tundit offensos homo  
inultus ut non rideat convitia.

Vulgata prudenti minus cupidine,  
alius nec admittat graves spirans minas  
impunè & urbem nomine impleat suo.

Sed proderit mandasse lapsorum genus  
morti q; JESUM miscuisse sanguinem.

Jam mitiora fata te culpis manent,  
& leta CHRISTO vita ducenda est in hoc  
majoribus ne suppetas doloribus.

Adfert quicrem mortuus pro te FILIUS.  
dives benignè FILIUS semper dapis  
adfert triumphos obligatos criminis.

85

HORATII CHRISTIANI LIB. EPOD.

& vult supremâ collocare credulos  
in sede cives, nec meæ leges retant.  
Ab hocce nolis desilire Principe  
falsissive pectus somniis recludere,  
merito Redemptoris nec innectas tuum  
fastidiosâ plenior superbiâ.

Sequentur oculis sicut amicis Angeli  
tuam, CHRISTUS tollet insolentiam.  
An qui movere terreas voragini,  
ut ipse nosti, gnarus, & celerem polo  
diripere Solem vocibus possum meis,  
possum sepultos excitare mortuos,  
Satan æg, tremitus temperare fervidos,  
doleam artis in te nil habentis exitum.

---

FINIS  
LIBRI EPODON.

I<sup>5</sup>

CAR-

CARMEN SECULARE  
AD DEUM.  
PRO ILLUSTRISSIMA DOMO  
SAXONICA ET ECCLESIAE  
REI<sup>Q</sup>; PUBLICÆ INCOLUMI-  
TATE.

Ex Horatii Carmine seculari, quod  
in fine Odarum adjectum.

**C**HRISTE grandævi soboles JEHO-  
VÆ,  
Incidum cœli decus, ô colende  
semper, ô SOL effice, qua precamur  
tempore sacro.

Quod Davidi monuere versus  
virgines leetas puerosq; castos,  
Quiibus Bethles placuere cunæ  
dicere carmen.

CAR

I

Alme



M. THOMÆ SAGIT. CARM. SECULARE.

Alme Sol vultum tido diem qui  
promis ē vitam, puer atq; parvas  
nasceris, posses nibil orbe presso  
visere majus.

Rite promissas aperire dotes  
apparas o, CHRISTE, tuere RUTAM  
SAXONUM claram titulis ē ausis  
nomine, regj.

Dive sustentes sebolem, patrumq;  
prosperes decreta super regendis  
moribus, campisq; novis feraci  
fruge, iudentā  
docta quō JOVÆ placidus per annos  
orbis, ē canus referatq; vota  
ter die claro totiesq; grata  
nocte frequenter.

Tuq; tu Musis operata pubes  
quod semel rectum est stabilisq; rerum  
ordo decrevit bona iam peractis  
jungere fata.

M. THOMÆ SAGITTARI<sup>II</sup>  
disce. Sic dignos merita labores  
laureâ donent Charites coronâ  
nutriant fætu irriguo decoros  
artis honores.

Moribus mites placidosq; verbis  
suplices audi juvenes JEHOVA,  
Et piis agnosce preces, tuorum i-  
nosceq; culpis.

Jena si divum est opus atq; legum  
inclusas scripsere patres tabellas,  
jussa pars firmare lares Et urbem  
auspice JOVA.

ille JOHANNES - FRIDERICUS olim  
sede dum fixâ hic studiis amicis  
liberum munivit iter, daturus  
plura relictis.

Da probos mores docili juventâ,  
da senectuti placide quietem,  
da piis contra Styga spemq; remq;  
Et decus omne.

Quid

Carmen Seculare HORATIANUM.

Quiq; te votis venerantur aquis  
IANUS ERNESTUS decus hic Lycei. &  
SAXONUM sanguis FRIDERICUS  
ambo

dotibus aucti,  
Inclusis ambo melioris anni  
forte, majores animis & ausis  
floreant, dignis vigeantq; cæptis  
alite fausto.

Jam mari terraq; animos potentes,  
pectus & felix studiis, & omni  
arte miretur populus sequenti  
percitus &c.

Jam Fides & Pax & Honor Pudor  
priscus, & neglecta redire Virtus  
audeat, diteq; beata pleno

Copia cornu.

Flaminis vivente decorus aurâ  
SPIRITUS sanctus Fidei Professor,

I 7 qui



FINIS  
HORATII CHRISTIANI.

L.S.

## ERRATA

Quæ irrepserunt & inter le-  
gendum fortè occurserunt, hæc cor-  
rige, & si quæ deprehendes  
aliam.

### IN LIBRO I.

Od. 3. pro, nam homini datis lege non  
homini datis. Od. 6. pro, tudæ lege Judæ.  
ead. pro, deterrere l. deterere. ead. pro,  
tetrīs l. tertīs. & pro, fortia crima ña lege  
fortia Numinæ. Od. 7. pro, rotis l. votis  
Od. 10. pro, faciude l. facunde. Od. 17.  
pro, retines l. recines. Od. 18. pro, vir-  
l vivo. Ead. pro, invitam l. invitum. Od.  
19. pro, mitti l. mihi. Od. 21. pro, virgi-  
nis lege virgines. Od. 22. pro, rotatur lege  
rotatus. Od. 23. pro, at l. ut. Et perdere  
cūfit l. perderete cūpit. Od. 24. pro, fla-  
bilis l. flebilis. Ead. pro, sangvinis l. san-  
gvis. Ead. pro, providis, lege providus.  
Od.



Od. 25. pro, mœches l. mœchos. Ead. pro,  
hore l. ore. Od. 27. pro, nefanda l. ne-  
fando. Od. 28. pro, matrum lege ma-  
lum. Od. 29. pro, servi & lege serviet.  
Od. 30. pro, votasque lege votisque.  
Ead. pro, sepostis lege sepostis. Od. 32.  
pro, turco l. turcoque. Ead. pro, donec  
l. dones. Od. 33. pro, cecidit l. occidit.  
Od. 35. pro, dignæ l. digna. Ead. pro, ite-  
rum lege iturum.

## IN LIBRO II.

Od. 1. pro, verum l. virum. Od. 3. pro,  
hoc l. hos. Od. 4. pro, patentem l. pa-  
tentem. Od. 6. pro, uti l. ubi. Od. 7.  
pro, arbitrium l. arbitrum. Od. 12. pro,  
cœlestis l. cœlestia. Od. 13. pro, iræ l. ire.  
Od. 14. pro, coculcet l. conculcet. Od. 17.  
pro, cui, cur. Et iterum pro, cui, cur.  
Ead. pro, viro l. vivo. Od. 18. pro, Es-  
rii l. Esavii. Od. 19. pro, ferabaris lege  
ferebaris. Od. 20. pro, plurimæ lege  
plumæ.

IN

*IN LIBRO III.*

Od. 1. pro, Impiam lege impiā. Ead. pro, sortiunt I. sentiunt. Ead. pro, dolentos lege dolentes. Ead. pro, raucia legē rauca. Ead. pro, murmera lege murmurā. Ead. pro, formicis lege forniciſ. Ead. pro voro, lege novo. Ead. pro, patil. papali. Ead. pro, delibas lege delitias. Od. 2. pro, maturis lege maturus. Od. 3. pro, ingentis lege urgētis. Ead. pro, cello lege collo. Ead. pro, regnante lege regnanto. Ead. pro, supernē lege superno. Eadem, pro, figere lege singere. Ead. pro, ingente lege urgente. Od. 4. pro, visit lege visis. Ead. pro, scinus lege scimus. Ead. pro, cœlites lege cœlestes. Od. 28. pro, laborat lege roborat. Od. 29. pro, honore lege horrore.

In




*IN LIBRO IV.*

Od. 2. pro, Nitur l. Nititur. Od. 4.  
pro, sanctaque l. sanctique.

*IN LIB. EPOD.*

Od. 2. pro, ditis lege Ditis. Ead. pro,  
ponere l. promere. Od. 3. pro, seu l. ceu.  
Od. 11. pro, alme l. alias.

SAT EST.



















Cl 1326

**ULB Halle**  
005 434 874

3



WZL

me.





# Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

